

Caecilii Calactini fragmenta
([Reprod. en fac-sim.]) coll.
Ernestus Ofenloch

Caecilius Calactensis. Caecilii Calactini fragmenta ([Reprod. en fac-sim.]) coll. Ernestus Ofenloch. 1907.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

- La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

[CLIQUEZ ICI POUR ACCÉDER AUX TARIFS ET À LA LICENCE](#)

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment possible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter
reutilisationcommerciale@bnf.fr.

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

CAECILIUS
CALACTINVS

FRAGMENTA

COLLEGIT
E. OFENLOCH



STUTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

CAECILII CALACTINI
FRAGMENTA

COLLEGIT
ERNESTVS OFENLOCH

EDITIO STEREOTYPA EDITIONIS
PRIMAE (MCMVII)



STUTGARDIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMLXVII

Verlags-Nummer 1120

**Alle Rechte, auch die der Übersetzung, des auszugweisen Nachdruckes
und der fotomechanischen Wiedergabe, vorbehalten**

© B. G. Teubner, Stuttgart 1967

Printed in Germany

Druck: Julius Beltz, Weinheim a. d. B.

RICARDO WVENSCH

LVDOVICO RADERMACHER

S

PROOEMIVM

Quibus causis permotus sim, ut post Theophilum Burckhardt editionem Caecilii Calactini fragmentorum denuo collectorum pararem, dicere uix opus est. Collectio enim, quae illius curis et auspiciis ante quadraginta quattuor annos in lucem prodiit, cum fere eas tantummodo reliquias, quae auctoris nomine ipso praeditae apparent, collegerit, ita ut plurima desint, hodie non iam sufficit. Ego uero in tanta fama et auctoritate, quam Caecilius ipse inter eruditos obtinet, hanc rationem sequi conatus sum, ut etiam eos locos, qui quamquam nominatim Caecilio non ascribuntur, tamen plus aut minus certo iudicio Caecilio tribuendi sunt, colligerem et in hoc fragmentorum corpus recuperem.

Neque ignarus sum difficillimum esse huic officio satisfacere, immo in uestigiis Caecilianis detegendis summa cum cautione agendum esse et persaepe hanc rem solo in colligentis iudicio uerti. Tamen illam curam Caeciliana denuo redintegrandi in me recepi. Neque enim subsidiis destitutus sum, sed succurrunt mihi admodum multa, quae postremis annis de Caecilio peruestigata sunt, admodum multa, quae a uiris doctis indiciis et argumentis ad Caecilium auctorem si non semper pro certo, at cum ueri specie relata sunt. Et imprimis hanc legem mihi imposui et in hac re maxime operam dedi, ut quaecumque ad Caecilii ingenium cognoscendum aliquam utilitatem præbere uiris doctis uisa sunt, quaecumque ab iis iure et pro-

babilibus causis pro fragmentis Caecilianis habita et confirmata sunt, complecterer et afferrem; si quid me effugit, ueniam peto. Praeterea mihi proposui singula secundum Caecilii scripta disponere et ordinem quendam constituere; idem qualis olim fuit hodie quidem dari et offerri nequit nec inter se conexa fragmenta proferri possunt. Etiam hoc mihi praemonendum esse puto paucula fragmenta ad uerbum ex Caecilio hausta ad nos peruenisse, et lectorem moneo, ut non ad uerba, sed praecipue ad rem animum attendat. Neque solum fragmenta ipsa, sed refutationes quoque siue apertas siue latentes, quibus Caecilii doctrina impugnatur, in collectionem recepi, cum etiam eae non inutiles esse uideantur; his locis inter marginem paginae et primam ipsius contextus litteram spatium amplius quam uulgo est intercedere iussi. Verborum contextum, quantum fieri poterat i. e. quatenus editiones criticae praesto erant, apparatu critico, quem a Burckhardtio neglectum esse olim H. Sauppe uituperauit, instruxi. Sed hoc notandum est non omnes uarias lectiones a me in apparatu significatas esse, sed solum eas, quae alicuius momenti praecipue ad uerba fragmentorum ipsorum restituenda fuerunt.

Quod ad fragmenta ipsa attinet, diuersa typorum genera adhibui: ea fragmenta, in quibus diserte Caecilii nomen additum est, litteris maioribus, omnia reliqua minutis litteris signata sunt. Porro locos ita distinxii, ut rectis typis locos, quibus nihil aliud nisi Caeciliana traduntur aut in quibus certe nihil alienum dignosci potest, ea autem, quibus sententiae aliorum auctorum propriae Caecilianis immixtae insunt, obliquis typis imprimi iubem, et ita quidem, ut ea, quae Caecilii propria esse mihi uiderentur, diductis litteris signarem. Iis fragmentis, quae dubitanter tantummodo a me recepta sunt et quibus ut lector caute utatur diserte peto, quae tamen fortasse aliquo modo ad Caecilii doctrinam pertinent, asterisci praefixi sunt.

Reliquiis ipsis duas disputationes breuissimas praemit tam, quarum altera historiam Caecilii, quamquam paucula

de ea dici possunt, comprehendet, altera de grauissimis Caecilii fragmentorum fontibus, de indole eorum et de causis, cur singula pro Caecilianis cognoscenda sint, disseret. Priusquam autem ad has dissertationes instituendas accedam, indices operum et libellorum praestantissimorum, quibus adiumentis usus sum, in conspectu ponam; quae hic non commemorauero, infra notabo. Excipientur autem fragmenta indicibus fontium, editionum, auctorum, uerborum rhetoriconrum.

Quibus praemonitis restat, ut duobus uiris gratias agam debitas: RICARDO WVENTSCH, magistro meo eruditissimo, qui ad hoc opus accedendi auctor mihi fuit quique in perficiendo opere adiutorem benignissimum se mihi praestitit, et LUDOVICO RADERMACHER, optimo talium rerum indagatori, qui qua est comitate et benevolentia doctrinam suam mihi suppeditauit.

Scribebam Gissae mense Martio 1907.

E. Ofenloch.

C O N S P E C T V S

eorum uirorum doctorum, qui ad Caecilii fragmenta recognoscenda demonstranda recensenda inde ab a. 1863 usque ad hunc diem contulerunt.

- OTTO ANGERMANN de Aristotele rhetorum auctore. Diss.
Lips. 1904.
- IOANNES AB ARNIM ineditum Vaticanum. Herm. XXVII
1892 p. 118—130.
- WILLY BARCZAT de figurarum disciplina atque auctoribus.
pars I: auctores Graeci. Diss. Gotting. 1904.
- FRIDERICVS BLASS *die griechische beredsamkeit von Alexander bis auf Augustus.* Berol. 1865.
- IDE^M *die attische beredsamkeit.* edit. altera. Lipsiae 1887—1898.
- IDE^M *Demosthenica aus neuen papyrus. Jahrbuecher fuer philologie u. paedagogik* CXLV 1892 p. 29—44.
- IDE^M *archiv fuer papyrusforschung* III 1904 p. 287 sq.
- IDE^M *literar. zentralblatt.* 1906 p. 25.
- CAROLVS BOYSEN de Harpocrationis lexici fontibus quaestiones selectae. Diss. Kil. 1876.
- IVLIVS BRZOSKA Caecilius. Pauly-Wissowa *Real-Enc.* III
p. 1174—1188. 1896.
- THEOPHILVS BVRCKHARDT Caecili rhetoris fragmenta. Diss.
Basil. 1863.

- ADOLFVS BVSSE *zur quellenkunde von Platons leben.* *Rhein. Mus.* XLIX 1894 p. 72—90.
 B. COBLENTZ *de libelli περὶ ὑψους auctore.* Diss. Argentor. 1888.
Didymos kommentar zu Demosthenes . . . bearbeitet von H. DIELS und W. SCHVBART. *Berliner klassikertexte heft I.* 1904.
 C. HAMMER *berlin. philol. wochenschr.* 1900 p. 1608.
 OTTO IMMISCH *die antiken angaben ueber die entstehungszeit des platonischen Phaedrus.* *berichte ueber die verhandlungen der saechs. gesellschaft der wissenschaften zu Leipzig. philol.-histor. kl.* LVI 1904 p. 213—251.
 GEORGIVS KAIBEL *Cassius Longinus und die schrift περὶ ὑψους.* Herm. XXXIV 1899 p. 107—132.
 BRVNO KEIL *analecta Isocratea.* Prag. et Lips. 1885.
 IDEM apud Franciscum Susemihl *griechische litteratur in der Alexandrinerzeit.* 1892. II p. 678.
 IDEM *der perieget Heliodorus von Athen.* Herm. XXX 1895 p. 199—240.
 IOSEPHVS KLEIN *der rhetor Caecilius.* *Jahrbuecher fuer philologie u. paedagogik* LXXXVII 1863 p. 577—579.
 FRIDERICVS LE^o *die griechisch-roemische Biographie.* 1901.
 ERNESTVS MAASS *de biographis Graecis quaestiones selectae (Philolog. Vntersuch. III)* p. 131. Berol. 1880.
 LVDOVICVS MARTENS *de libello περὶ ὑψους.* Diss. Bonn. 1877.
 FRIDERICVS MARX *die zeit der schrift vom erhabenen.* *Wien. stud.* XX 1898 p. 169—204.
 CASIMIRVS A MORAWSKI *quaestiones Quintilianeae.* Diss. Berol. 1874.
 IDEM *de Dionysii et Caecilii studiis rhetoriciis.* *Rhein. Mus.* XXXIV 1879 p. 370—376.
 PAVLVVS OTTO *quaestiones selectae ad libellum qui est περὶ ὑψους spectantes.* Diss. Kil. 1906.¹⁾

¹⁾ p. 1—80 iam prelum subierant, cum haec dissertatio foras data est.

- LUDOVICVS RADERMACHER *Dinarchus. Philologus LVIII*
1899 p. 161—169.
- RUDOLFVS REPPE *de L. Annaeo Cornuto. Diss. Lips. 1906.*
- MAXIMILIANVS ROTHSTEIN *Caecilius von Kalakte und die schrift vom erhabenen. Herm. XXIII* 1888 p. 1—20.
- HERMANNVS SAVPPE *Goetting. gel. anzeigen* 1863 a p. 1661
ad p. 1668.
- TH. SINKO *deutsche literaturzeitung* 1905 p. 533 sq.
- FRANCISCVS SVSEMIHL *griechische litteratur in der Alexanderzeit. Lips. 1892.*
- RICARDVS WEISE *quaestiones Caecilianae. Diss. Berol.*
1888.
- PAVLVS WENDLAND *berlin. philol. wochenschr.* 1905 p. 311 sq.
- GEORGIVS WENTZEL *beitraege zur geschichte der griech. Lexikographen. sitzungsberichte der preuss. akademie der wissenschaften zu Berlin.* 1895 p. 477—487.
- VDALRICVS DE WILAMOWITZ *in libellum περὶ ὑψους connectanea. Herm. X* 1875 p. 334—346.
- IDE^M *die Thukydideslegende. Herm. XII* 1877 a p. 326
ad p. 367.
- IDE^M *Herm. XXXIV* 1899 p. 626.
- IDE^M *asianismus und atticismus. Herm. XXXV* 1900 p. 1—52.
- IDE^M *die textgeschichte der griechischen Lyriker. abhandlungen der gesellschaft der wissenschaften zu Goettingen. philol.-hist. kl. NF. IV* no. 3. 1900.
-

I. Historia Caecilii.

De uita et singulis scriptis Caecilii dicere non opus est, postquam Brzoska praestantissime, quaecumque huc pertinent, collegit composuit commentatus est, ita ut omnia fere, quae ante eum de illa re scripta sunt, u. c. Burckhardtii de uita scriptisque commentatio (p. 1—25), hodie minoris momenti sint et altiori cognitioni nihil praebeant. Paucula tantum mihi addenda sunt. Primum, ex quo fortasse aliquid lucrari possumus, ad uitam, alterum ad scripta Caecilii spectat. Caecilium patria Calactinum fuisse certissimum et extra dubitationem est. At in indice Suidae fontium, ‘anonymi Etymologico ex Etymologico magno desumpto’ praemisso, quod in codice quodam Matritensi traditur, quem Ioannes Iriarte in libro ‘regiae bibliothecae Matritensis codices Graeci mss.’ uol. I 1769 cod. XXI p. 82—84 publici iuris fecit, haec leguntur (fol. 2^u): *Κεκίλιος μεγαρεὺς σικελιώτης ἐκλογὰς λέξεων κατὰ στοιχεῖον.* Caecilius igitur hoc loco Megareus appellatur. Cui memoriae aliis testibus non compertae et a uulgata discedenti fidem nos denegare non licet. Klein l. s. p. 578 eam ita intellegendam censet, ut Caecilium re uera Calactinum fuisse, sed aliqua causa Megara deductum esse et uitae partem in ea urbe degisse, fortasse eo consilio, ut in illa melius quam in obscura patria officium rhetoris exsequi posset, et ob eam rem Megareum uocatum esse statuatur. Talem errorem aliis exemplis confirmari posse. Velut etiam Herodoti, quod Thuriis magnum spatium uitae suae habitasset, patriam Thurios subindicatos esse. Quamquam Kleinio concedendum est hoc per se fieri potuisse, fortasse rectius statuimus, id quod Ericus Bethe, magister meus doctissimus, liberaliter me monuit, Caecilium, ut uir erat clarus, Megareum ciuem honoris causa factum esse.

Nam scimus inde a temporibus hellenisticis persaepe celebres uiros honoris causa ciues appellatos esse et eam ob rem nomina patriae illorum magnam partem uaria fuisse. Nonnulla eaque notissima exempla haec sunt: Ἀπολλόνιος δὲ Ρόδιος, re uera Ἀλεξανδρεύς, Ποσειδώνιος δὲ Ἀπαμεύς, νόμῳ δὲ Ρόδιος, Κάστωρ δὲ Ρόδιος, etiam Γαλατεῖος uocatus. — Ad librorum autem Caecilianorum catalogum addam nunc, postquam felicissimo casu factum est, ut Caecilium nouum (fr. 163) per papyrus, qua Aristotelis de Republica Atheniensium commentarium e tenebris resurrexit, ad nos peruererit, non iam dubitari posse, quin Caecilius praeter eos libros, quorum tituli ex Suida et aliunde non ignoti sunt, alios scripserit. Si de hoc fragmanto et fragmentis 159—162 recte iudicare uolumus, facere non possumus, quin Caecilium singulas orationes si non omnium rhetorum, at certe Demosthenis et Aeschini, diligenter et copiose interpretandas sibi sumpsisse statuamus. Deinde ex fragmentis 156—158 elucere mihi uidetur Caecilium Thucydidi quoque non exiguum operam nauasse et fortasse singularem librum ei dedicasse. Et Pseudocaecilium illud, quod per Ioannem ab Arnim in lucem rediit et quod supremo loco collectionis meae posui, et in quo aliquo modo *Xρεῖαι* uel *similia* colliebantur siue tractabantur, indicat, ni fallor, nostrum rhetorem librum composuisse, cuius argumentum aliquam necessitudinem cum huius arguento habebat.

Omnes libri Caeciliani discerpti et deperditi sunt. Quarenti, cur hoc factum sit, ea respondeo, quae nuperrime Vdalricus de Wilamowitz in libro suo *die griechische literatur des altertums (die kultur der gegenwart I 8)* inscripto p. 148 dixit: *Caecilius, ein offenbar hoechst energischer, kenntnisreicher und betriebsamer rhetor, der aber ein allzu fanatischer attiker war, so dass seine buecher verloren sind.* Et tamen quantum ex Caecilii thesauris a sequioribus desumptum est! Paucis admodum locis Caecilii nomen affeunt, multo pluribus nomen fontis sui reticentes libros illius usurpasse et expilasse censendi sunt.

Aequalium unus est, qui Caecilii mentionem facit et unum illius fragmentum conseruauit, Dionysius Hali-carnaseus. Difficile est de ea ratione, quae inter hunc et illum intercesserit, iudicare, et hodie quoque, quamquam ea inuestigatio saepe et a multis agitata est, uirorum doctorum iudicia diuersa sunt. Alii Caecilium maiorem natu, alii minorem natu Dionysio esse arbitrati sunt, alii eos sibi amicos, alii inimicos fuisse uoluerunt. Quamquam hanc controuersiam iterum tractare nolo, praesertim cum nostram causam non artius attingat, tamen dicere fortasse liceat, quae sentiam. Mihi igitur uidentur Dionysius et Caecilius re uera aequales eandem fere actatem agentes fuisse. De commercio, quod inter eos fuerit, et de ratione, qua Dionysii et Caecilii scripta coniuncta fuerint, paucula comperta habemus. Meo iudicio certum est Caecilium in uno quidem libro περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα δητόρων contra Dionysii sententias disputauisse; hoc luce clarissus apparet ex fragmento 136 et ex fragmentis 110, 137, 142, 146. Inde concludendum est illos non amicitia inter se iunctos fuisse, sed aemulos alterum cum altero certauisse, praesertim cum alibi quoque, ubi sententias eorum proprias comparare possumus, saepe dissentiant. Nec non utriusque indoles atque natura huic rei suffragatur: Caecilio exemplum propositum Lysias, Dionysio Demosthenes est; quod expendentes uix putabimus *ein innerlich enges verhaeltnis* inter utrumque exstisset. Alterum igitur ab altero quicquam mutuatum esse, quamquam hoc hodie dijudicari non potest, uix opinor. At multa inter se communia habent. Vbicunque Caeciliana cum Dionysii locis conferri possunt, utrumque communes fontes, imprimis Peripateticos, Hermippum Theophrastum alias in usum uocauisse statuamus.¹⁾ Ceterum ea, quae supra

1) Etiam fragmento 158 sententia mea non refutatur. Hoc ita intellegendum est, ut V. de Wilamowitz (uide adn. ad fr.) iudicauit, cuius haec sunt uerba: *ein einflussreicher zeitgenosse wird als eideshelfer aufgeboten.*

de Caecilii libro περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα δητόρων inscripto exposui, alia consideratione affirmantur. Hic enim liber re uera ab auctore iam seniore confectus uidetur esse. Nam fr. 130 recte ad Caecilium relatum uidetur, cum uerbis φέρουσαι κτλ., quae Caeciliana esse ualde uerisimile est, prior illius pars adeo continua et iuncta sit, ut compilatorem ad duos auctores adiisse uix putas; ueberdies deutet in den rednerviten nichts darauf hin, dass ausser durch Caecilius und . . besonders nach Caecilius so urkundliches material in diese hineingekommen sei (Keil l. s. p. 223); quod si uerum est, computare possumus, quo fere anno Caecilii opus compositum sit. Keilius illud in primum fere aut ante aut post Christum natum annum reiciendum esse uerissime statuit; quam ratiocinationem comprobare non difficile est. Cum enim in hoc fragmanto stemma gentis Eteobutadarum contineatur, quod Caecilius usque ad Dioclem deduxerit, quem aliunde, scilicet ex inscriptionibus (CIA III 615. 616 al., cf. I. Kirchner, Prosop. Att. I n. 4011 p. 269) scimus usque in Claudii et Neronis tempora uixisse, unde concludere licet Dioclem prius quam decimo fere ante Christum natum anno natum non esse, porro cum Diocles, ut apparet ex ratione, qua a Caecilio nullo addito muneri nomine commemoratur, illa aetate paene infans fuerit, Keilio adstipulandum est.¹⁾ Quo tempore reliqua scripta composita sint, hodie dinosci non iam potest.

Trium aliorum auctorum, qui Caecilio aetate coniuncti sunt, hoc loco mentio fiat, Strabonis (67 a. Chr.—19 p. Chr.), Didymi, Lysimachidis. Strabo dignus est qui commoretur, quod Caecilii librum περὶ λοτοφλας inscriptum uidetur inspexisse. Quod ad Didymum attinet, uerisi-

1) Dum haec imprimuntur, et Keiliū et me errauisse intellego. Nam ‘propter temporum rationes hic Diocles non idem haberi potest cum Diocle Themistoclis f. Hagnusio CIA III 615. 616’ Kirchner l. s.; uide stemma apud Kirchnerum l. s. n. 6654 p. 430 exhibatum, qui nostri Dioclis ἀκμήν anno 9 a. Chr. attribuit.

mile est eum quoque unum uel alterum fructum ex Caecilio cepisse et in usum suum conuertisse. Denique Lysimachidis liber *περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς φητόσων πρὸς Κεκλίου inscriptus* (uide fragmentum 155 s. *Θεωρικόν*) Caecilii ipsius lectionem et studium diligens in eo uersatum manifesto prodit. Quamquam de Lysimachide aliunde non multum scimus, tamen certum est eum cum Caecilio conflixisse; etiam de eius ratione impugnandi fortasse aliquid accuratius dicere possumus, si titulum ipsum inspicimus. Puto enim refutationes Caecilii acerbitate satis insignes fuisse et totum huius librum per singula ab aduersario impugnatum esse.

Videmus igitur Caecilium iam apud aequales magna auctoritate fuisse et ipsius uiui libros ut uehementer impugnatos, ita etiam compilatos esse. Tantum de aequalibus.

Qui post mortem Caecilii primus eius mentionem fecit, est libelli de sublimitate auctor. Illum Claudii fere temporibus conscriptum esse a plerisque uiris doctis statuitur. Pseudolonginus, qui uocatur, acerrimus aduersarius et obtrectator Caecilii est et pugnandi cupiditate ardet. Non solum Caecilii librum *περὶ ὑψοῦ diligentissime legit, sed etiam eius συγγράμματα ὑπὲρ Λυσίου* et fortasse eius *σύγχροισιν Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος* uersauit. Ceterum puto nos cum ex indole libelli *περὶ ὑψοῦ* tum ex uerbis auctoris ipsis concludere posse lectionem Caecilii librorum his temporibus uulgatam fuisse; etenim libellus iis destinatus erat, qui aduersarii scriptum cognitum habebant.

Propero ad alios, qui primo saeculo post Christum natum Caecilii memoriam propagauerunt, dico Lesbonactem, Quintilianum, Phoebammonem. Lesbonax illius librum *περὶ σχημάτων* uidetur legisse, Quintilianus sine dubio ipse Caecilii arti rhetoricae et libro *περὶ σχημάτων* operam dedit, Phoebammonis, cuius tempus accuratius circumscribere non possum, epitome expressam Caecilii memoriam continet.

Temporum ratione insequuntur tres aequales, qui Caecilii non immemores fuerunt, Plutarchus, Fauorinus, Am-

monius personatus. Plutarchus ipse Caecilii σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Κικερονος inspexit et acerrime carpsit; fortasse eius librum περὶ ὕψους uidit. Fauorinus Caecilii συγγράμματα ὑπὲρ Αὐστοῦ, quod Immischius satis certis argumentis probauit, legit et quod usui erat, exscripsit (uide infra p. XXXII et p. XVII). Vtrum Ammonius, qui uocatur, siue potius Herennius Philo (vide Cohn, Pauly-Wissowa *RE*. I p. 1866), cuius glossarium circa annum centesimum compostum est, ipse Caecilium in usum uocauerit, an huius doctrinam ex alio fonte, scilicet ex Lysimachide, cognitam referat, quod mihi magis uerisimile uidetur, diiudicare non ausim.

His adnecti possunt nonnulla, quorum aetas certius definiri nequit. Spectant huc uitaes decem oratorum et scholia in Aeschinem Demosthenemque conscripta. Ex his dilucide apparet, quanta auctoritate Caecilii sententia in recentioris temporis uulgari scientia (*κοινῆ ἰστορία*) flouuerit. Nam persaepe Caecilius commemoratur, ut dubium esse non possit, quin pars quidem librorum illo tempore non ignota fuerit et assidua lectione fructa sit.

Hadriano principe, ut in sequiora tempora altius descendam, Caecilii scripta studiose lectitata esse argumento sunt Neocles, Alexander, Theo, Harpocratio. Hic notandum est nostrum iam iterum, quod tam saepe factum esse uidimus, impugnari. Harpocratio enim, ut ex fragmendo 155 s. ἔξοντος appareat, Caecilii doctrinam satis acriter refutauit. Quo non prohibetur, quominus in aliis Caecilium sequatur. Pauca sunt, quae Apollonius, qui altera parte secundi saeculi uixit, ex Caecilio lucratus est, si modo re uera Caecilium ipsum legit. Item res se habet in Clemente Alexandrino cum Apollonio aetate coniuncto; illum Caecilii libros integros nouisse credere non possum.

Itaque ueniamus ad Laertium Diogenem et Athenaeum dipnosophistam, qui prima parte saeculi tertii opera sua composuerunt. In utroque uestigia Caecilii librorum notitiae inesse uidentur. Omnino ipso tertio saeculo studium in nostro rhetore collocatum admodum uiguisse puto: hoc testantur non solum Laertius et Athenaeus modo laudati,

sed etiam, ut ad alteram partem transeam, Longinus, Tiberius, Porphyrius (a. 233—304). Quos omnes in singulis ad ipsum Caecilium redire mihi persuasum est.

De Caecilii memoria quarto saeculo prouulgata pauca dicenda sunt. In hoc tempus unus incidit, qui, quantum nos scimus, notitiam Caecilii habet, quamquam huius nomen apud eum non inuenitur, Libanius (a. 314—393). Quem ad Caecilium ipsum accessisse, non ab aliis allatam nostri doctrinam exhibere admodum uerisimile est.

Posteris temporibus fama Caecilii quondam celeberrimi rhetoris ualde minuitur et uestigia Caecilianorum librorum lectionis rara sunt. Iam Caecilius ex iis aucto-ribus fuit, quos ipsos plurimi non legerunt: iam non ad Caecilium deuenerunt, iam in scholis rhetorum non Caecilio ipsi operam dederunt, sed compendiis aliisque libris, quorum lectio facilior erat, usi sunt. Talia scripta, quae admodum in more fuerunt, multa ex Caecilio excerpta plus aut minus corrupta et aliis aucta continere per se ipsum intellegitur. Ex quinti saeculi scriptoribus Syrianus et Hermias memorabiles sunt. Quae uterque exhibit Caeciliana, non lectionem ipsius Caecilii redolent. Syrianus compendium rhetoricum tale, quale modo appellaui, ex-scripsisse uidetur. Et quod ad Hermiam, qui in altera parte quinti saeculi uixit (uide Couvreur p. VI), attinet, certissimum est, quod Immischius confirmauit, Caeciliana, quae apud eum exstant, nihil aliud esse nisi παράδοσις disciplinae Neoplatonicae ex Fauorino partim ductam. Ne refutationes (*λύσεις*) quidem Hermias ipse inuenit: etiam hic scholae παράδοσις tantummodo lectoribus offertur. Ceterum iterum iterumque uidemus, quantopere Caecilii sententiae impugnatae et refutatae sint: Caecilii aduersarii non defuerunt.

Syrianum et Hermiam excipiunt circa annum quingentesimum Marcellinus et Sopater. Alter, Thueydidis uitae auctor, nonnulla Caeciliana summi pretii nobis seruauit, quae alibi nusquam leguntur; unde fortasse colligi potest Marcellinum ipsum Caecilio operam dedisse.

Caecilli Calactini fragmenta.

b

At Sopatrum Caecilium cognitum habuisse non credibile est, sed enchiridion rhetoricum aliquod eius generis adhibuisse, quod supra descripti.

In sexto, septimo, octavo saeculo nemo Caecilii memoria insignis est. Fortasse hic locus est, per pauca de lexico Cantabrigensi uerba facere. Quamquam huius aetas certius definiri non potest, tamen est *ein altes, hoechst wertvolles rhetorische woerterbuch* (K. Krumbacher, *geschichte der byzantinischen litteratur*² p. 577). In eo duo testimonia de Calactino insunt, quae, quamquam tenuia sunt, tamen digna sunt, quae magni aestimentur. Fortasse Caeciliana, quae proferuntur, non aliis testibus, sed Caecilii ipsius lectioni debentur. Subsequi iubeo lexicon Seguerianum quintum (et quartum), quamquam uidetur tempore inferiora esse. Hic rursus densiora sunt uestigia memoriae Caeciliane et uestigia studii assidui in eo collocati.

Ad proximum, qui in hac historia memorandus est, pergo, ad Photium (a. 820—891). Is quamquam nostrum satis saepe diserte laudat et omnino multa Caeciliana profert, tamen certissimum est ne unum quidem librum huius rhetoris ipsum eum inspexisse. Cuius temporibus plurimos Caecilii libros deperditos fuisse putauerim. Copias Caecilianas, quas affert, non ex ipso Caecilio Photius deprompsit, sed pendebat ex alio auctore siue aliis aucto-ribus. Sine dubio eclogas ex illius libris per uetustiores rhetores factas arcessiuit; ex quibus fontibus Longinus uidetur fuisse, quod Bruno Keil (*verhandlungen der 47. versammlung deutscher philologen und schulmaenner in Halle a. S. 1903* p. 54) demoustrauit.

A Photio progredior ad Suidam ex nono saeculo in decimum descendens. Ei quae necessitudo cum Caecilio fuerit, dubitanter tantummodo definierim. Quamquam enim huius lexicon diserte in indice fontium operi grandi praemisso appellatur, tamen ualde dubitari potest, an non quemquam Caecilii librum uersauerit; eum quoque per alias intercedentes Caecilii notitiam habere uerisimile est. Ut res se habet, Suidas imprimis memorabilis est, quod in eius

opere Caecilii nomen extremo uocatur, quod posteris temporibus plane obliuione obrutum est.

Agmen claudat Gregorius Corinthius, qui in historia Caecilii non sine honore appellari potest. Nam quamquam duodecimo saeculo (circa a. 1150) uixit, tamen conicere possumus eum Caecilii περὶ σχημάτων librum fortasse usque ad suam aetatem propagatum cognitum habuisse. Fragmentum enim, quod conseruauit, multo plura bona frugis plena continent quam reliqui tractatus, de quibus fortasse ut de fontibus Gregorii cogitari possit.

Hic igitur extremus testis Caecilii memoriae est. Reliquis temporibus medii aei nullum uestigium eius inueniri potest: omnes Caecilii libri perierunt. Neque quisquam exstitit, qui studium collocaret in Caecilianis disceptis rursus colligendis: ad unum omnes rhetoris, qui olim praeclarissimus gloria et auctoritate plerosque multo superabat, obliiti sunt.

Primus, qui uidetur eum ex hac obliuione suscitauisse — iam ad alteram partem huius historiae Caecilii uenio —, primus, qui, quantum scio, Caecilium rursus memorat et breuiter tractat, eo tempore uixit, quo fauor antiquitatis reuiuiscit. Est Constantinus Lascaris (a. 1434—1501), patria Byzantinus, qui anno 1454 in Italiam profugus emigravit. Huius libellus ‘de scriptoribus Graecis, patria Siculis’ inscriptus (Patrologiae cursus completi ab J. P. Migne accurati seriei graecae tom. CLXI) etiam de Caecilio nonnulla, quamquam plane ex Suidae de Caecilio articulo pendentia, exhibit. Verba ipsa exscribo (c. 64 p. 922 Migne): ‘Caecilius qui et Archagathus uocabatur, Siculus ex Calacta oppido, Graecus natione ac lingua, Iudeus tamen lege, orator praestantissimus. Romae tempore Augusti Caesaris publice legit. Multa composuit, „Contra Phrygas libros duos“, „Elegantias Atticas“ secundum elementa, quae adhuc apud Suidam leguntur: „De comparatione Demosthenis et Aeschinis“; item „Demosthenis et Ciceronis“; item „De stylo decem oratorum Graeciae“.’

De Caecilii memoria sexto decimo et septimo decimo saeculo nil referendum est. Eos, qui progrediente tempore Caecilii memores fuerunt, tantum breuiter perstringam. De Caecilio meruerunt: Antonino Mongitore 'Bibliotheca Sicula, siue de scriptoribus Siculis, qui tum uetera, tum recentiora saecula illustrarunt, notitiae locupletissimae' 1708—1714. I p. 117 sq.; John Taylor (1738) in praef. ad Lysiae editionem Londinensem (oratores graeci ed. Reiske VI p. 66 sq.); Jonathan Toup (1778) in editione libelli *περὶ ὑψοῦς* per Weiskium curata p. 219 sqq.; Gottlieb Christoph Harless in Fabricii Bibliotheca graeca II 1791 p. 849, VI 1798 p. 124 sq.; Jacques Nicolas Belin de Ballu *histoire critique de l'éloquence chez les Grecs* 1813. II p. 93 sqq.; Leonhardus Spengel 'Συναγωγὴ τεχνῶν siue artium scriptores ab initiis usque ad editos Aristotelis de Rhetorica libros' 1828 p. 11 sq., p. 122 sq., p. 130, p. 180; K. W. Krueger *leben des Thukydides* 1832 (*kritische analeken* I p. 32 sq.); Anton Westermann *geschichte der griechischen beredsamkeit* 1833. I p. 197; Friedrich Osann *beitraege zur griechischen und roemischen litteraturgeschichte* I 1835 p. 295; Maurit. Herm. Ed. Meier 'de Andocidis quae uulgo fertur oratione contra Alcibiadem commentatio quarta' 1837 p. 7 sqq. (opuscula acad. I p. 128 sqq.); Pauly *realeencyklopaedie* II 1842 p. 38 sq.; Georgius Buchenau 'de scriptore libri *περὶ ὑψοῦς*' 1849 p. 40 sqq.; Carolus Mueller F H G III 1849 p. 330 sqq.; Moriz Schmidt in *Jahrbuecher fuer philologie und paedagogik* LXXI 1855 p. 778 sqq.; Theophilus Burckhardt 'Caecili rhetoris fragmenta' 1863.

Ea uirorum doctorum scripta, quae inde a Burckhardtii dissertatione usque ad hunc libellum editum in lucem prodierunt, iam supra (p. VIII sqq.) a me enumerata sunt. Sed hoc moneo, ei, qui in Caecilii fragmenta inquirere eaque interpretari uult, saepe etiam ipsa illa scripta inspicienda et pro commentario adhibenda esse, cum omnia, quae ab eorum auctoribus eruta et inuenta sunt, hic repetere nec uoluerim nec potuerim.

II. De grauissimis Caecilii fragmentorum fontibus.

Iam ad alteram partem multo grauiorem pergo, in qua pauca de auctoribus, qui Caeciliana nobis seruauerunt, exponenda sunt.

De Pseudoplutarchi uitis X oratorum.

De commercio, quale fuerit inter Pseudoplutarchum et Caecilium, constituendo uiri docti in uarias opiniones discesserunt et discedunt. Haec inuestigatio iterum iterumque agitata uel hodie ad finem certum non deducta est. Itaque hanc quaestionem intricatiorem hoc loco absoluere non possum, ne omnium quidem uirorum doctorum opiniones repetere et recensere¹⁾: sed paucis rem perstringens nonnulla eaque probata et grauissima proferam. Demonstratum igitur esse existimo ea, quae apud Pseudoplutarchum legimus, ex fontibus diuersis confluxisse. Haec permixtio ex nullo ordine aut delectu pendet, nam omnibus locis insunt uestigia neglegentis compilatoris, qui fontes suos nulla ratione adhibita exscribit et particulias componit, quamuis conexus sententiarum turbetur, quamuis intra unum fere enuntiatum diuersissima confundantur. Iam

1) Praeter uiros doctos supra in conspectu allatos multi alii huic quaestioni operam dederunt; qui nullam utilitatem mihi praebuerunt. Huc spectant: R. Ballheimer 'de Photi uitis X oratorum' Diss. Bonn. 1877; Guil. Sturm 'de fontibus Demosthenicae historiae quaestiones duae' Diss. Hal. 1881; A. Prasse 'de Plutarchi quae feruntur uitis X oratorum' Diss. Marp. 1891 al.

quaestio difficillima est, quorum auctorum libri excerpti sint. Cuius uitas Pseudoplutarcheas legenti manifestum est ex his fontibus fuisse etiam Caecilii opus de oratoribus Atticis conscriptum. Documento est huius frequentissima mentio, quae imprimis regnat in iis partibus, quae sunt de orationum spuriarum aut genuinarum numero (*fragen der echtheitskritik*) et quae tractant artem et genus dicendi singulorum oratorum (*aesthetische beurteilung*). Item pro certo habeam Pseudoplutarchum ad Caecilii ipsum librum accessisse et, quae usui essent, ex eo excerptisse. Neque dubium est, quin aliis locis, ubi Caecilii nomen non adscriptum est, tamen is rhetor in usum uocatus sit. Sed enucleare, quae ex consarcinato Pseudoplutarchi libro ad Caecilium probabiliter referenda sint, labor periculosae aleae est. Difficultas augetur eo, quod etiam Dionysius laudatur. Nam interdum utriusque discepantias in numeris genuinarum et spuriarum orationum notat. Inde apparet a compilatore etiam Dionysium exscriptum esse. Et hoc quoque auctore in multis, quae nomine omisso apud Pseudoplutarchum leguntur, is usus est. Neque uero uerba ipsa Caecilii aut Dionysii semper seruauit, siue paucula omisit siue in breuius contraxit siue mutauit. Quod uero maxime animaduertendum est, Pseudoplutarchus praeter Dionysium et Caecilium alios fontes adhibuit, quod Radermacher de uita Dinarchi pro certo et sine dubio affirmauit. Hi tamen fontes parui uel nullius momenti uidetur fuisse; non a uero aberrabimus, si statuemus a Pseudoplutarcho etiam τὰ φητόρων γένη editionibus praemissa et ante Dionysium conscripta adhibita esse. Videamus igitur, quanta difficultate laborare et quanta cautione uti necesse sit ei, qui ex hac ruina permixtarum auctorum diuersorum et consiliis disparium sententiarum Caecilii uestigia agnoscere studeat. Alia accedunt. Valde considerandum est oratorum uitas tales, quales Caecilius conscripserat, a uitis Dionysianis non multo differre potuisse, cum Caecilius et Dionysius plurima a communibus fontibus, scilicet ab Hermippo aliis, mutuati sint, quam

ob rem maiore cautione opus est. Discrepantias, quae inter Caecilium et Dionysium intercedebant, maxime ad ea pertinuisse, quae noua excoluerunt et proprio ingenio inuenierunt, i. e. ad quaestiones artis criticae et ad iudicia rhetorica et aesthetica, facile intellegitur. Et bene accedit, quod a Pseudoplutarcho re uera hae discrepantiae interdum adnotantur, quam rem iam supra memoraui. Ut igitur paucis summam ducam, obtinemus a Pseudoplutarcho satis multos autores coaceruatos esse, scilicet τὰς κοινὰς ἴστορίας, ἀς κατέλιπον ἡμῖν οἱ τὸν βίους τῶν ἀνδρῶν συνταξάμενοι (Dion. ad Amm. I 3 p. 260, 2 Vs. et R.) etiam γένη uocatas, amplificatas ex ipsorum Caecilii et Dionysii lectione. Et fortasse hoc addendum est Caecilium, quod ad materiam ipsam attinet, ultra Dionysium processisse, plures fontes eosque primae notae adhibuisse, maiore ubertate in uitis enarrandis fuisse. Vnde fortasse concludere licet Pseudoplutarchum imprimis iis, quae neque τὰ γένη neque Dionysius praebuerunt, Caecilianis nouis librum suum auxisse. Sed haec singillatim pertractare non possum. Tantum hoc moneam iure partes rhetoricas, quae de numero orationum et de genere dicendi sunt, ad Calactinum reduci mihi uideri. Huius rei documento est frequens Caecilii mentio in illis ipsis locis praecipue obuia. Et in iis, quae a Pseudoplutarcho sine nomine afferuntur, sententiis illum ab eodem exemplo pendere per se admodum uerisimile est, praesertim cum in iis saepe eaedem dicendi formulae redeant, quae in fragmentis nomine Caecilii signatis leguntur. Hoc quoque coniecturae nostrae suffragatur, quod, ut ex fragmentis ipsis uidemus, saepius Caecilius plures orationes quam Dionysius germanas esse putauit. Sed licet illas sententias Caecilio vindicemus, hoc fragmentorum collectione nostra dum utimur, semper memoria teneamus in illis locis non ipsa Caecilii uerba seruata esse, sed Pseudoplutarchum ad sententiam tantum ea, quae Caecilius exposuerat, reddere, quin immo ne ad sententiam quidem meram Caecilii doctrinam reddi; nam saepe ordine inuerso in breuius contracta, alienis quoque permixta produntur. Quare hi loci satis

caute adhibendi sunt; tamen recipiendi erant, cum ad Caecilii meliorem cognitionem non paruam utilitatem praebent.

Sed alia quoque Caecilii uestigia, qui Pseudoplutarcheas uitas percurrit, expiscari potest. Atque unum quasi corpus Caecilianorum, quod inter alia ambitu excellit, Bruno Keil enucleauit. Obseruauit enim in uitis locos quosdam inesse, quos eidem deberi origini negari non potest. Hunc communem auctorem Heliodorum periegetam esse Keilius tam certe argumentis confirmauit, ut omnis dubitatio hodie dempta sit. Et grauissimum est, quod per Caecilium interuenientem illi loci pretiosi in uitas illati, re uera ex Caecilio a Pseudoplutarcho hausti sunt. Nam cum per se ipsum probabile sit nemini nisi Caecilio, huic tam exquisito et accurato uiro, illos locos tanti pretii deberi¹⁾ — nam scimus Caecilium re uera optimos fontes (*aktenstuecke*; cf. fr. 102) attulisse —, omnis dubitatio tolletur Heliodori asseclam et Pseudoplutarchi fontem neminem alium fuisse nisi Caecilium, si examinemus, in quo tenore Heliodoreos apud Pseudoplutarchum legamus. Certa causa, non casu factum uidetur esse, quod ter (fr. 117, 22; fr. 135 p. 120, 1; fr. 148, 10; cf. etiam fr. 130 p. 113, 5sqq.) locos Heliodoreos statim illa placita rhetorica uel critica (*φέρονται κτλ.*) sequuntur; haec res ex nulla alia causa nisi ex usu unius eiusdemque fontis explicari potest: priora cum posterioribus tam arte coniuncta sunt, ut idem Pseudoplutarchi auctor statuendus sit. Recte Keil (l. s. p. 220) dicit: *mit den heliodorstuecken sind diese sicherlich Caecilianischen kritischen angaben auch in der zersplitterten ueberlieferung noch so eng verbunden, dass man fuer diese wie jene notwendig die gleiche letzte quelle annehmen muss.* Fortasse addendum est in fragmento 107, 5 quoque locum Heliodoreum iudicio critico, quod ad Caecilium reuocant, excipi.

Haec fere erant, quae de ratione inter Pseudoplutarchi uitas et Caecilium intercedente exponere in animo habe-

1) sed cf. etiam P. Wendland *Anaximenes von Lampsakos* 1905 p. 18 sq., 3.

bam. Vnum addam de fragmentis 108, 113, 114, 116, 119, 125, 149. In uniuersum dicendum est ea in hanc syllogen a me recepta esse, quod exhibent, quae aut apud Dionysium omnino desunt aut cum Dionysiaca comparata aliquid noui continent, et quae aliis quoque probabilibus rationibus, e quibus talia concludi solent, Caecilio ab omnibus fere vindicantur. Fortasse fragmentum 108 explicatione breui eget. Ergo uita Lysiana, quae in illo exstat, optima coniunctione uerborum et sententiarum continua est, quod iam Blassius (l. s. I p. 341, 4) adnotauit, et perbene uno tenore legitur. Ex his fortasse sequitur Pseudoplutarchum in hac parte non ex compluribus fontibus enarrationem compilasse, sed potuisse quidem unum tantum auctorem exscribere. Si autem hoc sumitur et si uera sunt, quae supra exponere studui, uix alia ratio ex cogitari potest, quam ut putemus nos Caecilianam uitam, quamquam deflexam, tamen ad sententiam repetitam, tenere.

De Photio.

Iam ad Photium accedam, unum ex iis, qui plurimum ad conseruanda Caecilii iudicia contulerunt. Sed hoc pro certissimo teneamus Caecilii opus ab ipso Photio non lectum aut excerptum esse; talia Caeciliana, qualia apud Photium exstant, hoc modo afferri non posse nisi ab eo, qui Caecilium ipsum non inspexit, sed placita Caeciliana ab aliis tradita et accepta legit, primo obtutu apparet (uide, quae supra p. XVIII dixi). Tamen Photius ad Caecilii fragmentorum collectionem magna utilitate est. Iam Sauppius uidit et in censura dissertationis Burckhardtianae planius explicauit multa iudicia rhetorica apud Photium adseruata ad Caecilium reuocanda esse. Huius uiri auctoritatem Blassius, Brzoska, alii deinde secuti argumentis ita probauerunt, ut hodie nemo de hac re dubitet. Re uera doctrinam Caecilianam in Photio subesse uiri docti collegerunt ea ratiocinatione ducti, primum quod nonnulla iudicia diserte a Photio illi rhetori tribuuntur, ita ut etiam alias locos, qui inter se et cum illis, ubi

Photius Caecilii meminit, comparati orationis colore, elocutione, ratione, aliis congruunt, etiamsi Photius Caecilium nominatim non appellat, tamen ad Caecilium referre liceat; deinde quod saepius lucide demonstrari potest Dionysium, de quo fortasse cogitari possit, fontem Photii non fuisse, cum huius uerba plane aduersentur iis, quae Dionysius dicit. Etiam hic argumentationem non semper ad finem prorsus certum perduci posse per se manifestum est.

Sed alia accidunt, quibus difficultates augentur. Photium Caecilii ipsius libri lectioni minime uacauisse, sed ab aliis excerpta ei praesto fuisse iam supra dixi. Inde efficitur, ut Caeciliana, quae Photio debentur, plurima decurta esse et rerum capita tantummodo et strictim opiniones Caecilii repeti statuendum sit. Atqui hoc animaduertendum est selecta Caeciliana, quibus Photius usus est, bonam et doctam traditionem in uniuersum prodere. Sed etiam hoc certum et summi momenti est Photium in uitis suis praeter Pseudoplutarchum et Caecilii excerpta ex aliis fontibus hausisse. Sine dubio aliorum auctorum placita ad manus habebat; nam concedendum est non posse demonstrari, a Photio nullum praeter ipsum Caecilium, siue maius dicere praeter Caeciliana excerpta, fontem in rhetoriceis partibus, quas Photius nomine omisso attulit, adhibuisse; quae Photius praebet, est permixtio diuersorum fontium excerptorum. Quod comprobatu non difficile est. Nam praeterquam quod Photius ipse se aliis auctoribus uti aperte significat, etiam iis locis, ubi aliorum recentiorum fontium nulla mentio occurrit, alias fontes agnoscere possumus. Huc spectat, ut exemplum afferam, Phot. bibl. cod. 265 p. 491^a 22—28, locus imprimis dignus, qui memoretur. Vbi Caecilii doctrinam non subesse pro certo affirmare possumus (uide adnotationem meam ad fr. 141), immo admodum uerisimile est Dionysii Halicarnasei sententiam hic exstare. Et bene accidit, quod in iis, quae apud Photium statim sequuntur (p. 491^a 29—39 = fr. 142), contra eundem Dionysium modo compilatum argumenta proferuntur. Deinde, quod conformatio proximi Photiani tractatus

(p. 491^a 40—p. 491^b 28) non nisi ex diuersorum excerptorum coniunctione intellegi potest, sententiam meam ualde affirmat. Cuius illum legenti manifestum est hic compilatorem a nobis quasi deprehendi posse; nam si ille totus tractatus uni auctori tribuendus esset, quomodo explicaretur, quod bis siue ter eadem sententia de eadem quaestione, scilicet de Demosthenis oratione in Aeschinem habita, profertur et quod illa placita nullo consilio coaceruantur, tamquam si Photius siue auctor eius ipse iam nesciat, quid paulo ante dixerit? Videmus igitur, ut comprehendam, Photii thesaurum non potuisse ex uno auctore descriptum esse, sed commixtum ex diuersis fontibus, quorum ipse Caecilius, Dionysius, Longinus, Libanius, Aspasius, Aristidius, Paulus Mysi aliorum libros nominat.

Nunc in singulis fragmentis, si modo rem opera dignam facturus esse mihi uideor, accuratior de Caecilio quaestio mihi instituenda erit. Pauca de fragmentis 110 et 142 disputaturus sum. In hoc utroque loco Dionysius Hali-carnaseus impugnatur; in priore, quamquam nomen eius non additur, tamen ea reici, quae in iudicio de Lysia c. 19 (p. 31, 21 Vs. et R.) dicit, manifestum est, in posteriore nomen diserte appellatur. Iam quaestio oritur, quis iste Dionysii aduersarius fuerit. Monendum est illas refutationes antiquiorem fontem redolere. Quae suspicio per se admodum probabilis eo firmatur, quod in utroque loco obscuriores orationes, Lysiae oratio κατὰ Μνησιππολέμου et Aristogitonis Ἀπολογία πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους, afferuntur. An putas unum ex recentioribus illas nouisse? Sed alia quoque opinioni meae suffragantur. Ut iam supra (p. XIII) dixi, ex fragmento 136 (uide etiam fr. 137) apparet Caecilium in libro suo cum Dionysio conflixisse. Quid igitur est magis uerisimile quam etiam refutationes in fragmentis 110 et 142 exstantes ad Caecilium reuocandas esse? Neque mirum est illis acerbitate satis egregiam inesse, dummodo consideremus omnes refutationes totius antiquitatis, praesertim ab aequalibus profectas, acres fuisse; accedit, quod in fragmento 110

Caecilius Lysiam suum contra Dionysium defendere cogebatur. Quae cum ita sint, potius mirum esset, si in refutationibus acerbitas non inueniretur. Si autem fragmentum 110 iure Caecilio vindicatur, necessario etiam fr. 143 eiusdem Caecilii iudicium est, cum ea, quae in utroque leguntur, unum et eundem auctorem prodant.

Ad fragmentum 122 me conuertam. Eius uerba, praeципue ea, quibus de figuris sententiae apud Isocratem existantibus agitur, sermone tam consentiunt cum iis, quae de iisdem sententiae figuris in Antiphonte Caecilium ipsum disputare Photius diserte dicit (fr. 103), ut ipsa ex forma iudicantes etiam fragmentum 122 ad eundem auctorem facile referre possimus. Similiter res se habet in fragmento 128, ubi iterum in figuras incidimus, quas, ut satis certe scimus, Caecilius imprimis perscrutari solebat.

Quod ad fragmentum 123 attinet, hoc quoque in Caecilianorum syllogen recepi, cum sermonis colore aliis reliquiis nostri rhetoris simile sit et unum quidem (uide annotationem meam ad hoc fragmentum) cum fragmento praecedenti commune habeat. Cuius agentis nomen ad *αἰτιᾶται*, quod ibi legitur, cogitatione supplendum est? Caeciliusne?

De fragmento 144 uerbo dicendum est. Priori parti, quam Burckhardtius quoque (fr. 20) in collectionem suam recepit, sufficit, si illius uiri docti uerba exscribo, quatenus cum illo consentio: 'in Caecilium conueniunt cum Callimachi reprehensio suique iudicii confidentia, tum quod ἔχων πρὸς τὴν κρίσιν τὸ ἀσφαλὲς dicitur'. Sed etiam posteriorem partem coniectura sat probabili ad Caecilium referre licet. Quae opinio iam eo commendatur, quod Dionysianam doctrinam (cf. Dionysius de Dinarcho 13 p. 321, 5 Vs. et R.) aliam fuisse statuitur. Accedit etiam, quo sententia mea confirmatur, quod, ut Blassius monuit, manifestum est hoc fragmentum et fragmentum 128 ex eodem fonte fluxisse (vide, quae ad utrumque fragmentum notaui). Si autem fragmentum 128 Caecilio vindicandum esse mihi concessisti, facere non poteris, quin etiam fragmentum 144 Caecilii copias nobis praebere concedas.

De Libanio.

Paucis Libanium perstringamus, quem inter uetustiores illos homines criticos maxime respexisse et excerptissse Caecilium iam J. Th. Voemel¹⁾ coniecerat, quae sententia omnibus fere, qui secuti sunt, est probata.²⁾ Et suo iure Burckhardtius suspicatus est et argumentis confirmauit Libanio, cum quarto saeculo τοὺς πρεσβυτέρους afferret, Caecilium aut Dionysium ante oculos uersatum esse. Nam omnibus notum est, ut iam saepius dixi, ea, quae Caecilii et Dionysii auctoritate firmata erant, tantum apud insequentis aetatis rhetores ita ualuisse, ut pro uero ea acciperent et fere omnia sua, quantum quidem ad artem criticam h. e. ad quaestionem, quid singulis oratoribus tribuendum esset, quo potissimum genere dicendi singuli oratores essent usi et quid in singulis maxime esset imitandum, spectat, ex Caecilio nostro et Dionysio hauirient. Quis enim talia ex rhetorum recentiorum ipsorum ingenio profecta esse putabit? Suo iure Brzoska l. s. p. 1187 dicit: *auf ihn (sc. Caecilium) und Dionys geht im wesentlichen zurueck, was in der folgezeit ueber das eigentum eines jeden redners angenommen wurde.* Quodsi aliquo loco de Dionysio auctore cogitari nequit, non temere facere uidebor, si illa antiquorem fontem redolentia testimonia ad Caecilium rettulerim. — Quod ad fragmentum 139 attinet, non solum id, quod Burckhardtius exscripsit, Caecilio tribuendum est, sed etiam sequentia uerba, quae docent, quibus causis grauioribus adducti *of πρεσβύτεροι* orationem de Halonneso Demostheni abnegauerint et Hegesippo attribuerint, eidem fonti h. e. Caecilio debentur. Hic, ut tam saepe, perbene uidere possumus, quam acute et subtiliter noster rhetor iudicia sua protulerit.

1) Hegesippi oratio de Halonneso edidit J. Th. Voemel. 1833. prolegomena p. 22 sq.

2) Nonnullos hic appello: A. Schaefer *Demosthenes und seine zeit II²* 1886 p. 441, 1; Burckhardt ad fr. 18; Blass (uide adnot. meam ad fr. 139); Brzoska l. s. p. 1183.

At Dionysius illam orationem originis Demosthenicae esse opinatur, ut appareat ex compluribus locis (de Dem. 9 p. 148, 6; 13 p. 157, 4; ad Amm. I 10 p. 270, 5 Vs. et R.). — Analogia quadam ductus fragmenta 145 et 146 quoque ex Caecilii opere bonae frugis pleno et illustri tracta esse putauerim. Nam ut prius de fragmento 146 loquar, iam ex formula *οἱ πολλοὶ* h. e. ‘plerique’ concluserim inter illos criticos uetustiores Calactinum fuisse. Si uerum est, quod statuo, iterum hic reperimus Caecilium et Dionysium non consentire. Nam etsi Dionysius quoque orationem in Theocrinem inscriptam a Demosthene abiudicauit, item Dionysius hanc inter Dinarcheas enumerat (de Din. 10 p. 311, 21 Vs. et R.), tamen in eo litigant, quod Caecilius eam *ἰδιωτικὸν λόγον*, Dionysius *δημόσιον λόγον* esse obtinet. Ergo etiam hic aemulos certantes deprehendere possumus. — Quam acuti critici munere Caecilius sit functus, etiam fragmento 145 comprobatur; hoc in incertorum numero a me collocatum est, quod iudicium Dionysii nobis ignotum est. Tria, quae in oratione *πρὸς τὴν Αἰακίτον παραγραφήν* inscripta exstant, uituperantur: dictionis genus remissum, formula *μὰ τὸν Δῆμον ἀνακτά*, infirma refutatio exceptionis. Dictionis genus remissum h. e. *φράσις ἀνειμένη*, quae in hoc fragmento memoratur, etiam in fragmento 139, 4, ubi idem Caecilius *τῷ ἀνειμένῳ* nisus orationem de Halonneso Demostheni denegat, nobis occurrit, quae res opinioni meae fauet.

De Hermia.

Pergo ad Hermiam, qui, quamquam Caecilii nomen non profert et a Caecilii ipsius lectione alienus fuit, tamen nonnulla Caeciliana memoriae tradidit. Ut haec sententia confirmetur, fragmentum 110 et 110 α comparentur; uidemus eandem doctrinam Caecilii, qui in fragmento 110 nominatim laudatur, in fragmento 110 α manifesto exprimi. Alios locos, qui Caecilianae doctrinae notitiam produnt, Immischius enucleauit. Huc pertinent fragmentum 112, quo

placitum magni pretii et primae notae seruatur et quod sine dubio ex uetere et egregio fonte fluxit, fragmentum 118^a, quod ex Caecilio haustum esse consensu Hermiae et Pseudoplutarchi probatur, denique fragmentum 152, unum ex pretiosissimis fragmentis, quae omnino ad nos peruererunt. De quo nonnulla dicere mihi liceat. Immischius in argumentatione proficiscitur ex Dionysii Halicarnasei iudicio de Platonis elocutione, quod inuenitur in Dionysii ad Cn. Pompeium epistula (1—2 = opusc. II 1 p. 221—232 Vs. et R.) et in libro de admiranda ui dicendi in Demosthene inscripto (5—7 p. 136—142 Vs. et R.). Dionysius quamquam in uniuersum Platonem laudat, tamen uanum tumorem, uerborum translatorum abusum, sublimitatem uerbis ornatis et in poetarum morem conuersis captatam (id, quod nos Germani *das bakchantisch-unprosaische uocamus*), ei imputat. Hoc iudicium imprimis Phaedro dialogo nititur, ubi ille philosophus Lysiae orationem, quae inscribitur Ἐρωτικός, acriter uituperat et suum dicendi genus cum isto oratore comparat et ipse quoque duos ἐρωτικοὺς tamquam ἀγωνίσματα per aemulationem componit. Dionysius autem diserte dicit se non solum neque primum esse, qui aliquid de Platone ingressus sit dicere; immo multos inueniri et Platonis aequales et posthaec auctores, qui Platonis dictionem acriter reprehenderint; inter hos obtrectatores Platonicum Aristotelem et Peripateticos iam quarti saeculi nominat. Deinde Immischius ex loco aliquo in libello περὶ ὕψους existanti, nobis notissimo (p. 59, 7 V. = fr. 150), exordium capit, ubi, quid Caecilius de Platone senserit, audiinus. Suo iure ille uir doctus pro certo affirmat ex sermone totius huius loci apparere etiam Calactini iudicium Phaedro dialogo niti et hunc rhetorem Ἐρωτικὸν Lysiae et duos ἐρωτικοὺς Platonis inter se comparauisse. Cumque anonymo illo auctore Caecilii iudicium modum excedat et nimis iniquum atque infensum prolatum sit, scimus Calactinum Platonis uehementissimo odio actum sine moderatione in Platonem grauissime atque acerbissime inuectum esse,

quae res memoria tenenda est. Apud Hermiam locum bene coniunctum et ad unum eundemque auctorem (uide Immischium l. s. p. 224 sq.) spectantem inuenimus, quo tria *ἐγκλήματα* Platonis obrectatorum continentur. Haec quoque eundem Phaedrum dialogum spectant et, imprimis secundum illud *ἔγκλημα*, adeo Platonem conuiciantur et adeo cum iis, quae apud Pseudolonginum legimus, congruunt, ut dubium esse non possit, quin ad Caecilium reducenda sint. Sed, ut Immischius copiosissime demonstrauit et ut ex supra allato Halicarnasei loco elucet, Caecilius Platonem uituperans optimorum auctorum, quorum ad opera illis temporibus patebat aditus, fide nititur; hic tam exquisitus et accuratus uir ad optimos fontes reddit et eos affert. Qui fontes Peripatetici sunt, quos Dionysium et Caecilium etiam alibi in usum vocauisse scimus¹⁾. Felici casu factum est, quod accurate exquirere et nominativum appellare possumus, quis Peripateticorum de Platonis Phaedro acerbe iudicauerit, quis Calactini auctor fuerit. In hac quaestione duo loci Laertii Diogenis (fr. 152a, 152b) nobis succurrunt, quorum prior Dicaearchi nomine diserte notatus est, posteriorem ex eodem exscriptum esse Immischius argumentis probauit. Cum autem in priore loco Laertii Diogenis primum et tertium *ἐγκλημα* Hermiae iterum nobis occurrant, in posteriore secundum, manifestum est Fauorino interueniente — hoc statuit Immischius — Diogenem et Hermiam ex eodem fonte hausisse h. e. ex Caecilio Calactino. Caecilius autem optimi auctoris, Dicaearchi Peripatetici, fide nititur. Totus antiquissimus locus classicus *τῶν ἐγκλημάτων* temporum iniuriis succubuisse, nisi Caecilius, cuius auctoritas in *τῇ κοινῇ ἴστορῃ* insequentis aetatis (vide, quae p. XVI dixi) plurimum ualuit, meliori fortunae eum seruauisset. Et certe maximi pretii est, cum is sit, qui doctrinam Dicaearchi nobis seruauit, qui nos docet eum et una cum eo Peripateticos exquisisse et

1) Immisch l. s. p. 246; Radermacher, Pauly-Wissowa *RE*.
V p. 964, 965.

computasse Platonis dialogum Phaedrum ab hoc philosopho non aetate matura et consummata, sed iuueniliter exsultanti compositum esse, porro qui nos docet Caecilio quoque illos secuto Phaedrum dialogum Platonis iuuvenile opus esse persuasum fuisse. Exscribo uerba pulchra, quibus Immischius disputationem suam concludit: *wir aber muessen ihr (sc. der leidenschaftlichkeit des Caecilius) dankbar sein, da offenbar sie es gewesen ist, die sein wissen und seine gelehrsamkeit in bewegung gesetzt hat (sei es vor oder neben oder nach Dionys), auf ein material zurueckzugreifen, so alt und kostbar, wie es in keinem zweiten fall der platonischen chronologie zur verfuegung steht.*

Sed unum ad illa fragmenta notandum est. Ex iis, quae explicare modo conatus sum, satis elucet Caecilii τὰ ὑπὲρ Αὐστοῦ συγγράμματα a Pseudolongino allata non partem libri de decem oratoribus conscripti esse potuisse, sed certum est illa συγγράμματα nihil aliud fuisse nisi σύγκρισιν artis Platonis et Lysiae, quatenus ad τὸν λεκτικὸν τόπον pertinebat. Nam quod τὸν πραγματικὸν τόπον attinet, Caecilius minime, ut ex fragmento 110 p. 99, 5 sqq. scimus, caeco amore Lysiam laudauit. Sed hoc quoque monendum est, ex eo, quod Caecilius in illo de Lysia et Platone libro conscripto magno odio et magna temeritate Platonis cauillationes affectatas neque moderatas profert et Platonis dialogo Phaedro uehementissime lacesitus nimis inique et infense iudicat, non necessario concludendum esse Caecilium iuuenili ardore et feroce arreptum modum excessisse h. e. non necessario statuendum esse Caecilium illa συγγράμματα iuuensem scripsisse. Nam, ut uerba Immischii (l. s. p. 243, 1) laudem, *Caecilius wollte gerecht sein und glaubte gewissen θέματα διολογούμενα in seiner auffassung genuege getan zu haben.*

De libelli περὶ ὕψους auctore.

Accedamus ad Pseudolonginum, qui longe plurima Caeciliana seruauit. Etiam hic semper tenendum est, id
Caecilii Calactini fragmenta. c

quod in tanti ambitus fragmentis (uelut fr. 85, 94, 95) nequaquam mirum est, ea, quae Caeciliana apud Pseudolonginum leguntur, multo magis ad materiam quam ad formam pertinere. Nam sine dubio anonymus auctor, quamquam maximam partem Caeciliana ad sensum reddere eum certissimum est, non ipsa illius uerba repetit; sed quae Caecilius suis uerbis dixerat. suis permixta, partim contracta partim aucta, in nonnullis consulto etiam deflexa prodit. Per se probabile est ea, quae ab ipso Pseudolongino excogitata sunt, non nisi raro agnosci et a Caecilianis secerni posse. Nonnulla uero, quae tamquam a Pseudolongino ipso inuenta facile cognosci possunt, re uera exstant. Cum diuersa typorum genera adhibuerim, ut quiuis Caeciliana et Pseudolongini propria facile discernat, singula tractare necessarium non esse putaui.

In hac parte collectionis meae longe plurimum Rothsteinii quaestionibus debo. Sed ne fusior essem, in sequentibus ea, quae Rothsteinius edocet, plane omisi et haec tantum addam: Pseudolonginum in uniuersum Caecilio plurima debere omnibus notum et probatum est¹⁾. Constat enim in illius libello uestigia Caeciliana doctrinae etiam huius rhetoris nomine non praedita comprehendendi posse. Neque enim opus erat a libelli περὶ ὕψους auctore Caecilium diserte appellari. Nam cum Pseudolonginus ipse prooemio lucide dicat se ad eos lectores conuerti, qui 'recentes sint a Caeciliani libri lectione', inde apparent librum iis destinatum esse, qui ea, quae inimicus dixisset, non ignorarent; itaque procul dubio etiam tacite ad Caecilii librum siue hunc impugnans siue huius iudicia simpliciter recipiens siue currenti stilo eius uerba perstringens respexit: semper Pseudolongino et eius lectoribus Caecilii

1) Praeter uiros ad singula fragmenta laudatos cf. Ivo Bruns *die atticistischen bestrebungen in der griech. literatur.* 1896 p. 17; Eduardus Norden *die antike kunstprosa.* 1898 p. 80; V. de Wilamowitz in *Strena Helbigiana* 1900 p. 334.

libellus ante oculos uersatur. Si hoc nobiscum animo considerauerimus, non pauca Caeciliana detegere poterimus. Quin unus uir doctus, C. Hammer, cuius iudicium talium rerum ualde aestimo, eo processit, ut non dubitaret haec obtainere¹⁾: *es steht ausser zweifel, dass, wo der anonyme verfasser nicht ausdruecklich gegen ihn (sc. Caecilium) polemisiert, wir den echten Caecilius vor uns haben.* Quamquam huic doctrinae adstipulari nequeo. Sed hodie quoque uestigia illius anonymo et eius amico communis lectionis Caeciliani libri a nobis detegi posse in fragmentis ipsis, quae Caecilius esse aliunde constat, ualde uerisimile est. Dico tales formulas, quales legimus in fr. 83, 7 sqq., 83, 24 sq., 93, 21, 94 p. 82, 31, 97 p. 88, 3.

De singulis fragmentis perpauca hic mihi dicenda sunt. Ad fragmentum 92 fortasse adnotari potest e ratione dicens ipsa (*εἰ δέ τις αὐτόθεν φοβοῖτο*) probari Caecilii auctoritatem. Accedit, quod anxietas eius, de quo agitur et qui timet, ‘ne quid proferat saeculo suo parum conueniens’, tam acerbe, ut Martensius iure opinatur, uituperata est, ‘ut certum scriptorem respici’ maxime uerisimile sit, qui nemo alias nisi Caecilius, Pseudolongini aduersarius, est. — In fr. 94 p. 78, 16 sqq., ubi Pseudolonginus ἐναλλάξεις ἀριθμῶν pertractat, eundem Caecilium respici putauerim. Crediderim Caecilium ea exempla, in quibus numeri singulares uim pluralium habent, copiose illustruisse, ea exempla autem, in quibus formae plurales numerum singularem significant, neglexisse. Aemulus et aduersarius etiam in hac re cum Caecilio, inimico suo, certat. Reiciuntur enim ea ipsa, quae Caecilius maioris esse momenti arbitratus erat, et praeferuntur ea, quae hic tamquam proferendo minus digna neglexerat. Illa conjectura etiam colore sermonis Pseudolongini confirmatur; huc enim spectant non solum uerba τῶν κατὰ τὸν ἀριθμὸν οὐ μόνα ταῦτα κοσμεῖν, δπόσα τοῖς τύποις ἐνικὰ δῆτα τὴ δυνάμει κατὰ τὴν ἀναθεώρησιν πληθυντικὰ εὑρίσκεται’ . . . ,

1) *Bursians jahresb.* LXII 1890 p. 72.

ἀλλ' ἐκεῖνα μᾶλλον παρατηρήσεως ὕξια κτλ., sed etiam uerba φημὶ δὲ in initio enuntiati extantia. — Coniunctim fr. 94 p. 82, 25 sqq., fr. 96, fr. 98, fr. 151 perlustrabo, cum eiusdem generis sint. Verisimile est illos quattuor locos ad Caecilium redire. Ansam huic opinioni fragmentum 151 dat. Nam in hoc eum, qui colossum quendam (i. e. Platonem) non Polycleti doryphoro (i. e. Lysiae) praeferendum esse scripsit, Caecilium esse cum ex uerborum ipso-rum colore ($\piρὸς . . τὸν γράφοντα$) tum ex eo procul dubio concludi potest, quod Pseudolonginus neminem alium nisi Caecilium propter eius cauillationes Platonis iterum iterumque impugnat. Itaque fragmentum 151 re uera Caecilianam doctrinam continet. Cum autem rhetorum studium comparandi artem rhetoricam cum sculptura uel pictura fortasse¹⁾ ad Pergamenos redeat, porro cum admodum uerisimile sit Caecilium discipulum Apollodori fuisse²⁾ et ab hoc, cuius patria Pergamum erat, Pergamorum rationem accepisse, non probabilitate carere uideatur suspicio eius, qui contendit etiam ceteros tres locos, ubi tales comparationes redeunt, posse Caecilio deberi. — Denique de fr. 150 p. 130, 28 sqq. et fr. 150a per pauca proferam. Hoc utroque loco unius eiusdemque auctoris uestigia subesse unusquisque concedet. Certum scriptorem respici ex forma uerborum ipsa apparet: cf. fr. 150 p. 130, 28 sqq. παρατεθειμένος δ' οὐκ δίλγα καὶ αὐτὸς ἀμαρτήματα καὶ Όμήφον καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι μέγιστοι, καὶ ἥκιστα τοῖς πταλσμασιν ἀρεσκόμενοι, ὅμως δὲ οὐχ ἀμαρτήματα μᾶλλον αὐτὰ ἐκούσια καλῶν κτλ. Caecilius tamquam collectio-nem uitiorum ingeniorum summorum in scripto suo instituerat. Suo iure Martensius dicit consentaneum esse a Pseudolon-

1) Vide Brzoska 'de canone X oratorum' p. 81 sqq.; sed huic uiro docto non plane neque sine summa dubitatione assentiri possum.

2) Hanc difficultem quaestionem Brzoska, Pauly-Wissowa RE. I p. 2888 nuper ad certum finem, quantum quidem fieri potest, deduxit. Cf. etiam Susemihl I. s. II p. 503 et Otto I. s. p. 27, 2.

gino obseruari 'Caecilii diligentiam in uitiis indagandis occupatam'. Hic illa uitia reprehenderat et *ἔνούσια* tamquam 'studio sublimitatis nata' et 'ex curiosa rerum nouarum conquisitione orta' significauerat.

**De Alexandro Numenii filio, Tiberio, Quintiliano,
aliis rhetoribus.**

Iam paucula cum de aliis rhetoribus tum de figurarum auctoribus praemonebo. Tamquam fundamentum horum rhetorum Caeciliana opera fuisse omnes uiri docti consentiunt, quam sententiam animo concipere non difficile est, praesertim cum plerique, uelut Tiberius, Alexander, Quintilianus, ipsi persaepe se illum secutos esse diserte profiteantur. Apparet etiam illos rhetores saepe rem ita instituisse, ut ratione excerpti adducti uerborum tenorem immutarent, nonnulla in breuissimum contraherent, multa et bonae frugis plena ex diuitiis Caecilianis neglegerent et omitterent, aliena quoque inferrent. Singula Caeciliana omnia accurate extricare et ab alienis secernere hodie non iam ualemus. Itaque, quamquam interdum non sine magna dubitatione, in hanc collectionem recepi, quae cumque a uiris doctis ueritatis siue probabilitatis specie tamquam Caeciliana deprehensa sunt. Singula hic percurrere longum est. Lectorem relego ad annotationes meas ad fragmenta additas, ex quibus plerumque apparet, quo iure singula ad Caecilium reuocauerim. In hac quaestione maximi momenti exempla sunt, quibus praecepta rhetorica et definitiones illustrantur. Nam persaepe licet ex eo, quod duo aut plures auctores eadem exempla adhibent, colligere eos unum communem fontem in usum uocauisse. Quo subsidio usi uiri docti non paukos locos Caecilio uidicauerunt.

Fortasse unum dicendum est. Quod ad fragmenta 19 et 20 attinet, ex uerbis Anonymi Segueriani (*Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τοῦ Νουμηνίου καὶ Νεοκλῆς φωστής*) efficitur utrumque rhetorem in praeceptis ad narrationem pertinentibus con-

cinuisse, h. e. eundem auctorem secutum esse, praesertim cum etiam eadem exempla ab utroque adhibita esse *Anonymus Seguerianus* (fr. 20) diserte testetur. Item res se habet, si *Quintilianus* et *Alexander* aut *Quintilianus* et *Neocles* eisdem uel *simillimis* exemplis praecepta sua illustrant; etiam hic statuendum est illos ab eodem auctore pendere. Quoniam his locis ad communem fontem necessario trahimur, nil obstat, quin rursus fortasse *Caeciliu*m hunc communem auctorem fuisse colligamus; nam analogia quaedam hanc suspicionem ualde commendat. Itaque, ut summam subducam, fragmenta 19, 20, 21, 21a, 28, 28a, 30, 41, 41a, 42, 42a *Caecilio* vindicaui.

De rhetoribus Aristotelis interpretibus.

Multa *Caecilii* fragmenta *Angermannus* in dissertatione sua non sine iure recuperauit. Eius argumentationem secutus nonnulla tantum eaque grauissima in uniuersum atque communiter dicam. Quam rationem eo magis sequi licet, quod illa omnia fragmenta eiusdem generis sunt et ab *Angermano* eodem subsidio et eadem ratiocinatione uso uindicata sunt *Caecilio*; praeterea ad singula fragmenta adnotauit, quae adnotanda sunt. *Angermannus* uno loco *Quintiliani* temptato demonstrauit et euicit *Quintilianum ipsum Aristotelis de arte rhetorica* libros non euoluisse aut inspexisse, sed eos locos, qui ad *Aristotelis* praecepta rhetorica pertinent, ab auctore quodam, scilicet auctore *Graeco*, mutuatum esse; qua in re et *Sinko* et *Wendlandus* (hic dicit: *der nachweis, dass die Aristotelischen gedanken . . . dem Quintilian durch fremde vermittelung zugekommen sind, hat mich ueberzeugt*) *Angermannus* adstipulati sunt. Omnino certum est rhetores recentiores ipsos artem *Aristotelis* non inspexisse, sed aliunde scientiam suam librorum *Aristotelis* duxisse. Quisnam erat ille auctor *Graecus*, quem profecto ipsum tres libros artis rhetoricae *Aristotelis* et artem *Theodecteam* (uide fragmenta 17, 17a, 44a, 46, 48, quae ex arte *Theodectea* hausta sunt) adiisse et per-

legisse ex natura locorum elucet? Haec quaerens Angermannus ex eo profectus est, quod Quintilianus et Anonymus Seguerianus h. e. Alexander et Neocles mirum in modum in iis, quae Aristoteli debentur, consentiunt et eam ob rem illos ures rhetores ex eodem auctore pendere statuendum est, Caecilium eum fuisse quibusdam argumentis nisus respondet, qui iis locos Aristotelicos suppeditauerit. Accedit, quod ut Angermannus dicit, uel per se uerisimile est Caecilium Aristotelis scripta rhetorica euoluisse, cum Dionysius¹⁾ quoque Aristotelis artem rhetoricam perlegerit. Itaque iis locis, qui Aristotelicam sententiam exhibit, Quintilianus, Anonymus Seguerianus, omnino rhetores, qui post Caecilium fuerunt (ut libelli περὶ ὑψοῦς auctor, Aquila Romanus, alii), non ex Aristotelis ipsis libris habent, sed per auctorem suum, fortasse²⁾ Caecilium Calactinum, illos receperunt. Sed Caecilius, si modo iure statuitur hunc Aristotelis asseclam et illorum rhetorum fontem fuisse, non erat contentus doctrinas Aristotelicas simpliciter in opus suum transferre, sed, quae paucis Aristoteles monstrauerat et docuerat, ea Caecilius 'circumscribendo, explicando, disponendo intellectu faciliora reddere studuit' (Rabe p. XVI), ut uidemus ex fragmentis 4, 4a, 25, 26, 49.

De Lexicographis.

(De Suida, lexicis Seguerianis quinto et quarto,
aliis.)

De fontibus eorum iam multa inuestigata, multa disceptata sunt; et tamen hodie quoque haec inuestigatio nondum ad finem deducta est. Non huius loci est argu-

1) Vide de compos. p. 126, 4 Vs. et R.; ad Amm. I p. 263, 23 — 267, 7; p. 271, 16; p. 277, 10 Vs. et R.

2) Haec difficillima quaestio ab Angermanno nondum ad finem certum perducta esse mihi uidetur; re uera per Caecilium doctrinam Aristoteleam ad illos rhetores peruenisse Angermanni argumentatio mibi persuadere non poterat.

mentationes et sententias ualde discrepantes uirorum doctorum iterum proferre, paucula tantum commemorare possum. Postremus G. Wentzel has difficillimas quaestiones tractauit et eas profligare coepit. Quod ad rationem attinet, quam ego in hac collectionis parte secutus sum, omnia fragmenta a Boyseno siue iure siue iniuria — hoc diiudicare non ausim, neque enim sententiam meam pluribus argumentis stabilire uelim — Caecilio vindicata legem, quam mihi scripsi (uide p. V sq.), secutus in hanc syllogen recepi. Sane uehementer monendum est, ut summa cautione utatur, qui illa fragmenta adierit. Nam sine dubio — hoc reticere nolo — in eo glossario, quod in collectione mea legitur, non pauca sunt, quae non recte Caecilio tributa sunt; Boysenus ipse de parte eorum, quae olim probauisse et euicisse sibi uisus est, postea discessit; porro Wentzelius satis multa summatim refutauit. Sed cum Wentzelius argumenta opinioni suae nondum addiderit, ego Boyseni iudicia spernere ausus non sum; immo omnia recipienda esse putaui, cum nihil apud me desiderari cuperem, dummodo in his memoria teneamus dubiam esse illorum fidem atque auctoritatem. De causis, e quibus singula Caecilio tribuenda sint, nihil proferam; Boyseni ipsius inuestigationes necessario adhibendae sunt.

TESTIMONIA DE CAECILIO

SVIDAS: *Καικελλιος, Σικελιώτης Καλακτῖνος*
(Καλάκτη δὲ πόλις Σικελίας), φήτωρ σοφιστεύσας ἐν
‘Ρώμῃ ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος [καὶ ἔως Ἀδριανοῦ],
καὶ ἀπὸ δούλων, ὡς τινες ἴστορήκασι, καὶ πρότερον
μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος, τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος.⁵
βιβλία δ’ αὐτοῦ πολλά· Κατὰ Φρυγῶν δύο· ἔστι δὲ
κατὰ στοιχείον ἀπόδειξις τοῦ εἰρηθέντος πᾶσαν λέξιν.
Καλλιρρημοσύνης *· ἔστι δὲ ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοι-
χείον. Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος. Τέλι
διαφέρει δὲ Ἀττικὸς ξῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ. Περὶ τοῦ ¹⁰
χαρακτῆρος τῶν δέκα φητόρων. Σύγκρισις Δημοσθέ-
νους καὶ Αἰσχίνου. Περὶ Δημοσθένους ποῖοι αὐτοῦ
γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι νόθοι. Περὶ τῶν καθ’ ἴστο-
ριαν ἢ παρ’ ἴστοριαν εἰρημένων τοῖς φήτορσι. καὶ

1 κενίλιος libri. Καλαντιανός libri. 2 Κάλαντις libri.
4 Hermippi Berytii librum Περὶ τῶν διαποεψάντων ἐν παι-
δείᾳ δούλων fontem esse Curtius Wachsmuth (De fontibus ex
quibus Suidas in scriptorum Graecorum uitis hauserit obser-
vationes per saturam factae, Symbola philologorum Bonnen-
sium in honorem Fr. Ritschelii collecta. Lipsiae 1864—1867
p. 135—152) p. 141 ss probauit. 6 post δύο lacuna non est;
κατὰ Φρυγῶν titulus lexici prioris est. 8 post Καλλιρρημο-
σύνης deest numerus librorum lexici posterioris.

2 I. ΣΤΓΓΡΑΜΜΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΟΤΑ. ΠΟΛΕΜΩΝ

ἄλλα πλεῖστα. [πῶς δὲ Ἰουδαῖος τοῦτο θαυμάζω· Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.]

SVIDAS: 'Ερμαγόρας Τήμνου τῆς Αἰολίδος, ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων, φήτωρ. . . ἐπαίδευσε δὲ οὗτος μετὰ 5 Κεκιλίου ἐν Ρώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου καὶ τελευτῇ πόρρω τῆς ἥλικίας.

SVIDAS: Τιμαγένης βασιλικοῦ ἀργυραμοιβοῦ υἱός,
Ἀλεξανδρεύς, φήτωρ, ὡς δέ τινες, Αἰγύπτιος· δις ἐπὶ¹⁰
Πομπήιου τοῦ μεγάλου αἰχμάλωτος ἀχθεὶς ἐν Ρώμῃ
ὑπὸ τοῦ Γαβινίου (a. u. c. 700, a. Chr. 54) ἐξωνήθη ὑπὸ¹⁵
Φαύστου τοῦ υἱοῦ Σύλλου, καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ρώμῃ
ἐπὶ τε αὐτοῦ Πομπήιου καὶ μετ' αὐτόν, ἐπὶ τε Καί-
σαρος τοῦ Αὐγούστου καὶ μετέπειτα ἄμα Κεκιλίῳ.

I

ΣΤΓΓΡΑΜΜΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΟΤΑΙΚΩΝ
ΠΟΛΕΜΩΝ

1 (= fr. 1 FHG III 330) ATHENAEVS VI p. 272 f:
οὗτος δ' ἦν ὁ καιρὸς δτε καὶ ἐν Σικελίᾳ ἡ δευτέρα τῶν
δούλων ἐπαναστάσις ἐγένετο· πολλαὶ δὲ αὖται ἐγένοντο,
καὶ ἀπώλοντο οἰκετῶν ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν μυριάδας (Cύτ-
γραμμα δὲ ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων
Κεκίλιος ὁ ρήτωρ δὲ πότε Καλῆς ἀκτῆς).

18 δὲ Kaibel, τε liber.

II

ΠΕΡΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

2 (= fr. 2 FHG III 330; 51 B[urckhardt]) ΑΤΗΕ-
ΝΑΕVS XI p. 466 a: Κεκίλιος δὲ ὁ ρήτωρ ὁ ἀπὸ
Καλῆς ἀκτῆς ἐν τῷ Περὶ ιστορίας Ἀγαθοκλέα φησὶ
τὸν τύραννον ἔκπωματα χρυσᾶ ἐπιδεικνύντα τοῖς ἔται-
ροις φάσκειν, ἐξ ὧν ἐκεράμευσε κατεσκευακέναι ταῦτα. 5

3 STRABO I 1, 23 p. 13: καθάπερ καὶ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς
ἔργοις οὐ τὸ καθ' ἔκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν ἀλλὰ τοῖς καθόλου
προσέχομεν μᾶλλον εἰ καλῶς τὸ δλον, οὕτως κάν τούτοις δεῖ
ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. κολοσσουργία γάρ τις καὶ αὕτη τὰ μεγάλα
φράζουσα πῶς ἔχει καὶ τὰ δλα, πλὴν εἴ τι κινεῖν δύναται καὶ 10
τῶν μικρῶν τὸν φιλειδήμονα καὶ τὸν πραγματικόν.

cf. fr. 151. hoc Caecilio tribuit KAIBEL l. s. p. 131 s.

III

ΤΕΧΝΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗ

QVINTIL. inst. or. III 1, 15: Theophrastus . . de
rhetorice diligenter scripsit . . (16) fecit deinde uelut
propriam Hermagoras uiam, quam plurimi sunt secuti.
cui maxime par atque aemulus uidetur Athenaeus fuisse. 15
multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa
Caecilius et Halicarnaseus Dionysius.

SYRIANVS Schol. Hermog. id. p. 11, 3 Rabe (= fr. 48 B.):
ἐπειδὴ δὲ τὸ τῆς διαιρέσεως ὄνομα πολλαῖς φητορικαῖς
ἀρμόττει τέχναις, ταῖς τε περὶ τῶν εἰδῶν τῆς φητορι- 20
1*

κῆς διαλαμβανούσαις καὶ ταῖς περὶ τῶν μερῶν τοῦ πολιτικοῦ λόγου καὶ ταῖς περὶ τῶν μεθόδων, αὖ γυμνάζοντιν ἡμᾶς εἰς τὰ μέρη τοῦ πολιτικοῦ λόγου, οἵας δὴ γερράφασιν Ἀριστοτέλης τε καὶ Ἀψίνης καὶ Κεκλιος καὶ μνησίοις ἔτεροι, διδασκαλικῶς πάνυ διαστέλλει τὴν διδασκαλίαν.

*4 SOPATΕΒ in Hermogenis status Rh. Gr. IV p. 744, 9 Walz: ἐπιχειρήσομεν δὲ εἰς αὐτὰ ποιούμενοι τὴν ἐργασίαν ἀπὸ τῶνδε· πρῶτον ἀπὸ τῶν ἐναντίων· λέξομεν γάρ, δτὶ εἰ κακὸν τὸ μὴ ἔχειν συμμάχους, δῆλον δτὶ τὸ ἔχειν ἀγαθόν, καὶ τὸ εἰ ναῦς μὴ ἔχειν κακόν, συμφέρον τὸ ἔχειν. δεύτερον ἀπὸ τῆς τῶν πολεμίων ἐλπίδος τε καὶ δόξης, οἵς ἡμῖν συμβάσιν ἔκεινοι χαιρήσουσι, ταῦτα ἡμῖν ἀσύμφορα, ὃς παρὰ τῷ ποιητῇ (A 255)

ἢ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιο τε παῖδες·

15 καὶ πάλιν ἡμεῖς ἐροῦμεν, δτὶ κάκείνοις δοκεῖ βέλτιστον εἶναι τοῦτο εἰ ποιήσαιμεν, ὃς καὶ Δημοσθένης (cf. VIII 20) ἔχρήσατο εἰπών ‘σκεψύμεθα δέ, τί δν εὕξαιτο Φίλιππος τοῦτο τενέσθαι τὸ στρατόπεδον; δρ’ οὐ διαπασθῆναι καὶ λυθῆναι;’ εἴτα συναγαγών τὸ νόημά φησιν (VIII 20) ‘εἴθ’ δ δν Φίλιππος εὕξαιτο τοῖς θεοῖς’
20 καὶ ἔξης. τρίτον δι’ δ πολλάκις κινδύνους πολλοὺς ὑπεμείναμεν καὶ χρήματα ἀνηλώσαμεν, τούτων ἔχεσθαι συμφέρει, ὃς παρ’ Όμηρῳ (B 160 s)

καὸ δέ κεν εὐχαλήν Πριάμῳ καὶ Τρωὶς λίποιεν

Ἄργείην Ἐλένην, |

745 W. καὶ ἔξης. τοῦτο δέ τινες καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνδόξου φασὶν ἐπιχείρημα.

26 τέταρτον ἀφ’ ὧν οἱ πολέμοι ὑπέμειναν καὶ δ θαυμάζουσι καὶ δι’ δ πολλοὺς πόνους ὑφίστανται, ὑπὲρ τούτων καὶ ἡμῖν ἀγωνίσασθαι συμφέρει, ὃς Δημοσθένης ἐν τῷ Περὶ στεφάνου (cf. XVIII 66) ‘τί ἔδει με συμβουλεῦσαι τῇ πόλει κινδύνου περιστάντος’. καὶ
30 τοῦτο κατασκευάζων ἐκ τοῦ Φίλιππου ἔλαβεν τὰς ἀφορμὰς εἰπών (XVIII 67) ‘ἐώρων δὲ τὸν Φίλιππον, πρὸς δν ἦν ἡμῖν δ ἀγών, ὑπὲρ δόξης τὸν δφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα’. πέμπτον ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν κρίσεως·

28 s cf. fr. 59 p. 38, 21—22. 31—33 cf. fr. 70 p. 53, 3—5.

οίον εἰ τύχοι ἐπὶ ἐλευθερίας, εἰ πάντες ἐπιδιώκουσιν αὐτὴν ἢ καὶ οἱ πλεῖστοι, τοῦτο καὶ ἡμῖν πρακτέον. ἔκτον ἀπὸ τῆς τῶν ἐνδόξων κρίσεως· οἷον ὡς οἱ πρόγονοι τάδε ἐπραξαν, οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὡς παρ' Ὁμήρῳ (Δ 308) ‘Ἄλλος καὶ οἱ πρότεροι τείχεα μακρὰ καὶ πόλεις ἐπόρθουν’. εἰδέναι δὲ δεῖ, δτι πρὸ τούτων ἀπάντων εἰ πολέμου συμβάντος συμβουλεύειν βουλόμεθα δφείλομεν ὥσπερ τινὰ διατύπωσιν τοῦ καιροῦ ποιήσασθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν συμβουλὴν ἐλθεῖν, δ καὶ Δημοσθένης ἐποίησεν. οὐ πρότερον γάρ ἡνέχετο τὴν δημητορίαν εἰπεῖν, ἦν ἔφη συμβουλεύων τοῖς Ἀθηναίοις ἄραςθαι τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πόλεμον, εἰ μὴ τὸν καιρὸν 10 διέτραψε πρότερον, δεῖτις ἦν εἰπών (XVIII 169) ‘ἔσπέρα μὲν γάρ ἦν, ἡκε δέ τις ἀγγέλλων, ὡς Ἐλάτειαν Φίλιππος’ καὶ ἔξῆς.

6 s et 11 s cf. fr. 71, 14 s et 19.

hic locus interpretatur Aristotelis artem rhet. I 6 p. 1362^b 29 ss; item res se habet in fr. 4 a. utrumque reduxit ad Cae- cilium primus ANGERMANN l. c. p. 64—66, cui adstipulati sunt SINKO l. c. p. 533 et WENDLAND l. c. p. 312.

*4a SYRIANVS Schol. Hermog. id. p. 177, 8 Rabe: ἔξετάσομεν δὲ τὸ συμφέρον διὰ τόπων ἐπτά, ἀπὸ τοῦ τοῖς ἔχθροῖς κακοῦ ἡμῖν δὲ ὠφελίμου, ἀπὸ τοῦ τοῖς ἔχθροῖς ἡδέος ἡμῖν δὲ ἀσυμ- 15 φόρου, ἀπὸ τοῦ σφόδρα δεῖν ἐκείνων ἀντέχεσθαι ὑπέρ μν πό- νους τε παμπόλλους ἐπονήσαμεν καὶ χρήματα ἀνηλώσαμεν, ἀπὸ τῆς πάντων ἀνθρώπων ἢ τῶν πλειόνων κρίσεως, ἀφ' μν οἱ ἔχθροι θαυμάζουσιν, ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τῶν ἔχθρων μὴ ψέγεσθαι, ἀπὸ τῆς τῶν ἐνδόξων κρίσεως.

20

*5 QUINTILIANVS inst. or. III 6, 23: ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quae uersari uideatur omnis quaestio: oūcīav, . . ea quaeritur ‘an sit’. qualitatem, cuius apertus intellectus est: quantitatem, quae dupliciter a posterioribus diuisa est, quam magnum et quam multum sit: ad aliquid, unde ducta 25 est translatio et comparatio: (24) post haec ubi et quando: deinde facere, pati, habere, quod est quasi armatum esse, uestitum esse: nouissime κεῖσθαι, quod est compositum esse quodam modo, ut

calere, stare, irasci. sed ex iis omnibus prima quattuor ad status pertinere, cetera ad quosdam locos argumentorum uidentur.

ad Caecilium hoc fragmentum ANGERMANN l. c. p. 47 reuo-
cauit. fortasse in hac tota disputatione § 23—37, quae ele-
mentorum historia critica est, Caeciliī uestigia insunt.

6 (u. 3—5 = 49 B.) QVINTIL. III 6, 48: *fecerunt
alii totidem status, sed alios an sit? quid sit? quale sit?
quantum sit? ut Caecilius et Theon.*

(49) Aristoteles in Rheticis (III 16 p. 1416^b 20 s) *an sit,
quale, quantum et quam multum sit, quaerendum putat. quo-
dam tamen loco* (I 13 p. 1374^a 1 ss) *finitionis quoque uim intellegit,
quo dicit quaedam sic defendi: ‘sustuli, sed non furtum feci,
percussi, sed non iniuriam feci’.*

etiam posterioris partis huius loci auctorem Caecilium esse
ANGERMANN l. c. p. 46 (66) contendit.

*7 QVINTIL. III 6, 60: *translationem hic (Hermagoras) primus
omnium tradidit, quamquam semina eius quaedam citra nomen
ipsum apud Aristotalem (rhet. III 15 p. 1416^b 11) reperiuntur.*

hoc ex Caecilio emanauisse ANGERMANN l. c. p. 46 putat.

*8 QVINTIL. III 7, 1: *ac potissimum incipiam ab ea (causa),
quae constat laude ac uituperatione. quod genus*

1 calere stare irasci Bn¹ (*codex Bernensis s. X*) A¹ (*Ambrosianus s. XI*), calere facere stare irasci Bn²Bg¹ (*Bamber-
gensis s. X*), calefacere stare irasci N (*Parisinus Nostradamensis
s. X uel XI*); iacere sedere Spalding male proponit: *ad stare*
*cf. Porphyr. in cat. p. 742, 2 et Ammon. p. 93, 2. facere pro-
babiliter ex praecedentibus (u. 27) repetitum est.* 6 in rhe-
toricis *an sit BnBg¹, post rhetoricis in libris A¹Bg² secuntur
uerba: etiam sic omne diuidet in ueritatem et petenda ac fu-
gienda, quod est suasoriae, et de eodem atque alio, partiendo
tamen ad haec peruenit.*

uidetur Aristoteles (*rhet.* I 3 p. 1358^b 2 ss) atque eum secutus Theophrastus a parte negotiali, hoc est πραγματική, remouisse totamque ad solos auditores relegasse, et id eius nominis, quod ab ostentatione duicitur, proprium est. 5

fusius haec exsecutus est Alexander Numenii filius: uide fr. 8a, 19—25. ANGERMANNO (l. c. p. 38) auctore fr. 8 et 8a Caecilio dubitanter tribuerim.

*8a ΕΡΙΤΟΜΕ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ Rh. Gr. III p. 1, 8 Sp.: Ζητοῦντι γάρ ἄπαντες περὶ τῶν ἥδη γεγονότων ἢ περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἢ περὶ τῶν δυντων· οὐκοῦν τύν πολιτικῶν λόγων τρεῖς εἰσιν ὑποθέσεις, ἐγκώμιον, συμβουλή, δίκη. διαφέρουσι δ' αὗται ἀλλήλων τοῖς χρόνοις, τοῖς πράγμασι, τοῖς τέλεσι, τοῖς ἀκροαταῖς, ἐφ' ὧν 10 οἱ λόγοι γίγνονται. τοῖς μὲν δὴ χρόνοις διαφέρουσιν, ὅτι αἱ μέν εἰσιν αἱ δίκαιαι [καὶ] περὶ τῶν ἥδη γεγονότων, αἱ δὲ συμβουλαὶ περὶ τῶν μελλόντων, οἱ δὲ ἔπαινοι περὶ τῶν δυντων καὶ τῶν ἐπομένων· ἔπαινοθμεν γάρ οὐ μόνον εἴ τίς ἔστιν ἀγαθός, ἀλλὰ καὶ εἱ προσδοκῶνται ἔσεσθαι. τῇ δὲ τῶν χρόνων διαφορᾷ ἔπει- 15 ται καὶ ἡ τῶν πραγμάτων· τὰ μὲν γάρ γέγονε πράγματα, τὰ δὲ μέλλει, τὰ δὲ ἐνέστηκεν. ἔτι δὲ ἔστι τοῦ μὲν ἐγκώμιου ἔπαινος καὶ ψόγος, τῆς δὲ δίκης ἀπολογία καὶ κατηγορία, τῆς δὲ συμβουλῆς προτροπή καὶ ἀποτροπή. τοῖς δὲ ἀκροαταῖς, | δοτι ἐν μὲν 2 Sp. ταῖς συμβουλαῖς αὐθένται εἰσιν οἱ ἀκροώμενοι· βουλεύονται γάρ, 20 τί αὐτοῖς πρακτέον ἔκείνοις καὶ τί μὴ πρακτέον· ἐν ταῖς δὲ δίκαιαις οἱ κριταὶ ὡς περὶ ἴδιων σκεπτόμενοι, εἰ πέπρακται τὰ ὑπ' ἀλλων γενόμενα, κρίνουσιν, ἢ <εἰ> δικαίως ἢ οὕτως τὸ δὲ τῶν ἐγκώμιων εἶδος οὔτε αὐθέντας ἔχει οὔτε κριτάς, ἀλλὰ μόνον ἀκροατάς, δθεν καὶ ἐπιδεικτικὸν τὸ τοιοῦτον κέκληται. 25

19—25 uide adnot. ad fr. 8. etiam in u. 6—19 Aristoteles

12 καὶ secl. Spengel. αἱ δὲ συμβουλαὶ Spengel, ἡ δὲ συμβουλὴ libri. 15 καὶ εἰ προσδοκῶνται Radermacher, καὶ εἰ προσδοκῶντες libri, καὶ [εἰ] προσδοκῶντες Spengel non recte. 17 post ἐνέστηκεν Spengel τῶν τελῶν mentionem desiderat. 22 ὡς περὶ] ὥσπερ περὶ mauult Spengel. 23 εἰ add. Spengel.

(rhet. I 3 p. 1358^b 6 ss) in usum uocatur ,uidelicet Caecilio prae-eunte⁴ (ANGERMANN l. c. p. 38).

*9 ΕΡΙΤΟΜΕ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ III p. 4, 1 Sp.: ἔνιοι δὲ οὕτως δρίζονται· ἔπαινος μέν ἔστι λόγος ἐμφανίζων μέτεθος ἀρετῆς, ἔγκωμιον δὲ λόγος ἐμφανίζων πράξεις καλάς.

hunc locum ex Aristotele (rhet. I 9 p. 1367^b 26 ss) sumptum ad Caecilium reduxit ANGERMANN l. c. p. 40.

*10 QVINTIL. III 7, 6: *sed proprium laudis est res amplificare et ornare. quae materia praecipue quidem in deos et homines cadit, est tamen et aliorum animalium, etiam carentium animo. . .*

10: *ante hominem patria ac parentes maioresque erunt, quorum duplex tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus inlustrasse factis. . .*

11: *nam et pulchritudinem interim roburque prosequimur honore uerborum, ut Homerus in Agamemnone (B 477 ss) atque Achille (C 203 ss), interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit (E 801) fuisse. . .*

15 16: *dum sciamus gratiora esse audientibus, quae solus quis aut primus aut certe cum paucis fecisse dicetur, si quid praeterea supra spem aut expectationem, praecipue quod aliena potius causa quam sua. . .*

18: *nam quidam sicut Menander iustiora posteriorum quam sua aetatis iudicia sunt consecuti. . .*

19: *qui omnis etiam in uituperatione ordo constabit, tantum in diuersum. . . et corporis ac fortunae quibusdam mala contemptum, sicut Thersitae atque Iro, quibusdam bona uitiis corrupta odium attulerunt, ut Nirea imbellem (B 671 ss), Plisthenem 25 impudicum a poetis accepimus. . .*

23: *interesse tamen Aristoteles putat (rhet. I 9 p. 1367^b 7 s), ubi quidque laudetur aut uituperetur. nam plurimum refert,*

24 cf. fr. 63 a, 13—15.

²³ atque Iro Obrecht, at uero BnBg¹, adquisiere A².

qui sint audientium mores, quae publice recepta persuasio, ut illa maxime, quae probant, esse in eo, qui laudabitur, credant, aut in eo, contra quem dicemus, ea quae oderunt: ita non dubium erit iudicium, quod orationem praecesserit. (24) ipsorum etiam permiscenda laus semper, nam id beneulos facit. . . .⁵
(25) . . . idem praecipit (ibid. p. 1367^a 32 ss) . . . , quia sit quaedam uirtutibus ac uitiis uicinitas, utendum proxima deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum uocemus. . . .

28: totum autem habet aliiquid simile suasoriis, quia plerumque eadem illic suaderi, hic laudari solent.

etiam in p. 8, 4—9, 15—18, 21—22 et p. 9, 10—11 doctrinam Stagiritae (rhet. I 9 p. 1368^a 27, 1366^a 29 ss, 1367^b 12 ss, 1368^a 10 ss, 1366^b 36, 1368^a 36 s, 1367^b 36 ss) adhibitam esse ANGERMANN l. s. p. 39 s demonstrauit. hanc Caecilium Quintilianu suppeditauisse idem uir doctus putat. etiam reliqua illi rhetori idem p. 38 vindicauit.

*11 QVINTIL. III 8, 8: *Aristoteles quidem, nec sine causa, putat (rhet. III 14 p. 1415^b 32 ss) et ab nostra et ab eius, qui dissentiet, persona duci frequenter in consiliis exordium, quasi mutuantibus hoc nobis ab iudicali genere, nonnumquam etiam, ut minor res maiorue uideatur: in demonstratiuis uero prooemia esse maxime libera existimat (ibid. p. 1414^b 21 ss): (9) nam et longe a materia duci, ut in *Helene laude* (X 1 ss) Isocrates fecerit, et ex aliqua rei uicinia, ut idem in *Panegyrico* (IV 1 s) cum queritur plus honoris corporum quam animorum uirtutibus dari, et *Gorgias in Olympico* (fr. 2 O A II 129^a Tur.) laudans eos, qui primi tales instituerint conuentus.*

hunc locum Caecilianum esse ANGERMANN l. c. p. 33 ss concedit.

*12 QVINTIL. III 8, 62: . . . *Theophrastus quam maxime remotum ab omni affectatione in deliberatio genere uoluit esse ser-*

24 affectatione N, affectione reliqui.

monem, secutus in hoc auctoritatem praeceptoris sui, quamquam dissentire ab eo non timide solet. (63) *namque Aristoteles (rhet. III 12 p. 1414^a 17 s) idoneam maxime ad scribendum demonstratiuam proximamque ab ea iudiciale putauit, etc.*

hunc locum ANGERMANN I. c. p. 37 (52) Caecilio adsignauit. ea autem, quae apud Quintilianum secuntur, uerba ille uir doctus Calactino abiudicauit.

5 *13 QVINTIL. III 9, 5: tamen nec iis adsentior, qui detra-hunt refutationem, tamquam probationi subiectam, ut Aristoteles (rhet. III 13 p. 1414^b 9): haec enim est, quae constituat, illa, quae destruat. hoc quoque idem (rhet. III 13 p. 1414^b 7) aliquatenus nouat, quod prooemio non nar-10 rationem subiungit, sed propositionem. uerum id facit, quia propositio ei genus, narratio species ui-detur, et hac non semper, illa semper et ubique cre-dit opus esse.

huius loci auctorem esse Caecilium ANGERMANNO (I. c. p. 34 ss) praeeunte dubitanter crediderim.

*14 ANONYMVS SEGVERIANVS [CORNVTVS] 7 p. 2, 8 Graeven:
 15 λαμβάνεται δὲ τὰ προοίμια ἐκ τεccάρων τούτων· ἐκ τοῦ αὐτοῦ,
 ἐκ τοῦ ἀντιδίκου, ἐκ τῶν δικαζόντων, ἐκ τῶν πραγμάτων. ἐκ
 τοῦ αὐτοῦ, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ Κατὰ Κόνωνος (LIV 1) ‘ὕβρεως’.
 ἀν δ' ὑπέρ ἔτερου λέγης, καὶ τοῦτο ἐπισημαίνεσθαι δεῖ, ὡςπερ
 πεποίηκε Λυσίας (fr. 76 Thalh.) λέγων ‘ἐπιτήδειός μοί ἐστιν
 20 Ἀρχιππος οὗτοί, ὃ ἀνδρες δικασταί’. ἐκ τοῦ ἀντιδίκου, ὡς ἐν
 τῷ Κατὰ Μειδίου (XXI 1) ‘τὴν μὲν ἀσέλγειαν’. ἐκ τῶν ἐκείνων
 συναγορευόντων, ὡς Δημοσθένης (LI 1) ‘εἰ μὲν οὕτως πλεῖστοι
 συνείποιεν, ὃ βουλή’. ἐκ δὲ τῶν πραγμάτων, ὡς Λυκούργος ἐν
 τῷ Κατ’ Αὐτολύκου (fr. 13 Bl.) ‘πολλῶν [δὲ] καὶ μεγάλων ἀγώνων
 25 εἰσεληλυθότων οὐδέποτε περὶ μειζόνων ἥκετε δικάσοντες’. ἐκ

15 et 17 ἐκ τῶν αὐτοῦ Spengel. 22 οὗτως] ὅτῳ Spengel
 ex Dem. 24 δὲ secl. Graeven.

δὲ τῶν ἀκροατῶν ἢ τῶν δικαστῶν, ὡς Ἰσοκράτης (XIV 1) ‘εἰδότες ύμᾶς, ὃνδρες Ἀθηναῖοι’.

simillima scholiasta Demosthenis tradit, uide fr. 14 a. fusiū de his duobus locis GRAEVEN l. c. p. XIV adn. 3 disse- ruit. dubitanter eos ad Caecilium rettulerim.

***14a** SCHOLION Demosth. or. LIV init. p. 813, 3 Dind.: ‘Υβρισθεὶς] ἀπὸ τεccάρων δεῖ λαμβάνειν τὰ προοίμια· ἀπὸ ἑαυτοῦ, ὡς ὅδε δὲ Δημοσθένης (LIV 1) ‘ὑβρισθεὶς, ὃνδρες Ἀθηναῖοι’. ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου, ὡς ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου (XXI 1) ‘τὴν μὲν ἀσέλγειαν, ὃνδρες’. ἀπὸ τῶν δικαστῶν, ὡς Ἰσοκράτης ἐν τῷ Πλαταϊκῷ (XIV 1) ‘εἰδότες ύμᾶς, ὃνδρες δικασταί, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν εἰθιμένους’. ἀπὸ τοῦ πράγματος, ὡς Λυκούργος ἐν τῷ Κατὰ Αὐτολύκου (fr. 13 Bl.) ‘πολλῶν καὶ μεγάλων ἄγωνων εἰσεληλυθότων οὐδέποτε περὶ τηλικούτου δικάσοντες ἦκετε’.

***15** QVINTIL. IV 1, 72: *Aristoteles quidem in totum id (prooemium) necessarium apud bonos iudices negat* (rhet. III 14 p. 1415^b 5 ss). . . (73) *contraque est interim prooemii uis etiam non exordio: nam iudices et in narratione nonnumquam et in argumentis ut attendant et ut faueant rogamus, quo Prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat.*

cf. QVINTIL. XII 10, 52: . . . *cum etiam prooemia superuacua esse apud tales (iudices sapientes) Aristoteles existimet, etc.* 20

etiam 15—18 Aristotelī (ibid. p. 1415^b 9 ss) debentur. Quin- tilianum hos locos fortasse a Caecilio mutuatum esse ANGER- MANNVM (l. c. p. 34 ss) secutus dubitanter conicio.

16 ANON. SEGV. 111 p. 21, 9 Gr.: *περὶ δὲ ἐναργείας ἥδη (= 96 p. 19, 6 Gr.) προειρήκαμεν, ὅτι ἐστὶ λόγος ὃντες ὁψιν*

1 ὡς <ἐν τῷ Πλαταϊκῷ> Graeven. 3 hic locus traditur codicibus A (Monacensi s. XI) et R (Parisino s. XIII). 4 ἀπὸ τεσσάρων δεῖ λαμβάνειν τὰ R, ἀπὸ δὲ λαμβάνονται A. 5 ἀν- δρες om. R.

ἄγων τὰ δηλούμενα, ἀσπερ Αημοσθένης (XXI 72) ‘*ὅταν
ἐπὶ κόρης, δταν κονδύλοις’ καὶ τὰ ἔξης.*

hunc locum et C. A MORAWSKI l. c. p. 36 et ANGERMANN l. c. p. 36 ad Caecilium rettulerunt. idem exemplum saepe in illius rhetoris fragmentis laudatur (uide adn. ad fr. 71 b, ubi locos congesi); cf. imprimis fr. 63 p. 45, 28 ss et fr. 70 p. 52, 17 s.

*17 QVINTIL. IV 2, 61: *his tribus narrandi uirtutibus adi-
ciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν uocant,*
5 (63) *illa quoque ut narrationi apta, ita ceteris quoque partibus
communis est uirtus, quam Theodectes* (Aristotel. fr. 126 Rose)
*hūic uni proprie dedit: non enim magnificentiam modo uult esse,
uerum etiam iucundam expositionem. sunt qui adiciant his
evidentiam, quae ἐνάργεια Graece uocatur.*

idem praeceptum artis Theodecteae Anonymus Seguerianus
praebet, uide fr. 17 a. communem fontem Caecilium esse
C. A MORAWSKI l. c. p. 39 suspicatus ANGERMANNVM (l. c. p. 47 s)
adsentientem habet (cf. etiam adnot. Graeveni ad illum locum
Anonymi).

10 *17a ANON. SEGV. 101 p. 19, 19 Gr.: καὶ διηγήσεως μὲν ἀρεταὶ¹
αὗται τε καὶ τοσαῦται· εἰς δὲ οἱ πρὸς ταύταις ταῖς τρισὶ καὶ
20 Gr. μεγαλοπρέπειαν καὶ αὐξῆσιν | καὶ ἡδονὴν καὶ προσήνειαν ἦτοι
ἐπιείκειαν ἀρετὰς ἔφασαν διηγήσεως.

18 QVINTIL. IV 2, 32: eadem nobis placet diuisio, quam-
15 quam et Aristoteles (rhet. III 16 p. 1416^b 29 ss) ab Isocrate
parte in una dissenserit, praeceptum breuitatis in-
ridens, tamquam necesse sit longam esse aut breuem
expositionem nec liceat ire per medium, Theodorei
quoque solam relinquunt ultimam partem, quia nec

[1 τὰ δηλούμενα] nil mutandum: cf. Dionys. Hal. de Lysia 7
p. 14, 19 Vs. et R. et Lucian. de conser. hist. 63. 10 διη-
γήσεως corr. Graeven, διηγήσεων P(arisinus). 11 οἱ corr.
Sauppe, οἱ P.

breuiter utique nec dilucide semper sit utile exponere.

cf. [Dionys. Halic.] artis rhetoric. X 14 (Dionys. Halic. uol. II p. 369, 9 Vs. et R.), ubi eadem doctrina copiosissime exponitur et dicitur (u. 12) ἐκάτερον ἀμάρτημα breuitas et longitudo. idem inuenitur in Anonymi Segueriani libello, uide fr. 18 a. utrumque ex Caecilio pendere primus C. A. MORAWSKI l. c. p. 39 dixit, cui adstipulatus est ANGERMANN l. c. p. 34 ss. uerbosius de fragmentis 18 et 18a a R. VOLKMANN (*die rhetorik der Griechen und Roemer*² 1885 p. 153 s) disputatum est.

18a ANON. SEGV. 102 p. 20, 4 Gr.: περὶ μέντοι συντομίας Ἀριστοτέλης ἐφίστησιν (rhet. III 16 p. 1416^b 29 ss). εἰ τάρ ἔστι, φησίν, ἡ συντομία συμμετρία τῆς μήτε παραλειπούσης τι τῶν ἀναγκαίων μήτε πλεοναζούσης, ἀρετὴ γενήσεται. εἰ δ' ἔστιν ὥσπερ ἔνδεια τῆς ὑπερβαινούσης τι τῶν χρησίμων, ἐν ταῖς κακίαις μᾶλλον ταχθήσεται. (103) ὁ δὲ Γαδαρεὺς Θεόδωρος τὴν πιθανότητα μόνην ἀρετὴν νομίζει τῆς διηγήσεως, τὰς δὲ πρειρημένας ἀρετὰς ἴδιας μὲν μὴ εἶναι μόνης τῆς διηγήσεως, κοινὰς δὲ ἀπαντος τοῦ λόγου.

***19** ANON. SEGV. 116 p. 22, 17 Gr.: Άλεξανδρος δὲ ὁ τοῦ Νομηνίου καὶ Νεοκλῆς φασι μὴ ἀεὶ δεῖν διηγεῖσθαι. (117) πρῶτον μὲν γὰρ ὡς τρόπῳ τινὰ τῆς διηγήσεως παρατούμεθα ὡς μὴ συμφέροντα, καὶ πᾶσαν, ἢν μὴ συμφέρῃ. (118) δεύτερον δὲ μηδὲ ἐν ταῖς τῶν νόμων εἰσφοραῖς ἡμᾶς διηγεῖσθαι· τὸ γὰρ ἐπεξιέναι, φασί, τὰς αἰτίας τῆς κατηγορίας ἢ τῆς θέσεως οὐ τοῦ πράγματος ἐστι διήγησις ἀλλὰ τῶν ἔκτος. (119) τρίτον δὲ φανερῶν ὅντων τῶν πράγματων περιττὸν τὸ διηγεῖσθαι, διερεψεις 20 μάλιστά φασιν ἐν ταῖς δευτερολογίαις εὑρίσκεσθαι. (120) καὶ διαν δὲ ἀδοξα τὰ πράγματα <ἢ>, ἢ διήγησις

5 παραλειπούσης corr. Graeven, παραλιπούσης P. συμμετρία τις μήτε παραλείποντα τι . . . πλεονάζοντα . . . ἔνδεια τις ὑπερβαίνοντα Finckh. 7 τῆς <μὴ> Seguier. 18 θέσεως corr. Finckh, δεήσεως P. 22 ἢ add. Seguier.

23 Gr. οὐκ ἀναγκαῖα, ὡς ἐν τοῖς τοιούτοις | ξητήμασιν· ἐπιτροπος δρφανὴν βιασάμενος πρίνεται μὲν οὐκῆς ἐπιτροπῆς, ἀξιοῦ δὲ δοῦναι τιμωρίας ἐπὶ τῇ βίᾳ.

hunc locum Caecilio vindicauit ANGERMANN l. c. p. 55 s.

***20** ANON. SEGV. 125 p. 23, 19 Gr.: Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τοῦ Νουμηνίου οὐκέτι οὐδὲν μίαν ἀποδεδώκασιν αὐτῇ (τῇ διηγήσει) τάξιν, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλην. (126) ἐνίοτε οὐκέτι πρό γε τοῦ προοιμίου, δόπταν δικαστὴς προηρεύσμενος ἢ οὐκέτι πενθεύδη πρὸς τὸ μαθεῖν τὸ πρᾶγμα. (127) ἔστι δὲ | ὅτε *⟨Ἐν ταῖς πίστεσι⟩* οὐκέτι πίστεις, ὥσπερ Αἰσχίνην τέ φασιν ἐν τῷ Κατὰ Τιμάρχον (9—115) πεποιηκέναι οὐκέτι προσθένην ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου (77—126). τοῦτο δ' ἀρμόζειν, ἡνίκα *⟨ἄν⟩* λιγνότερον οἱ ἀντίδικοι προβεβληκότες ὥστι τὰς διηγήσεις προμαλαχθέντα γὰρ τὸν δικαστὴν ταῖς πίστεσι διαδίως παραδέχεσθαι τὴν διήγησιν. (128) παρὰ μὲν οὖν Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ φασιν ἐν ἐπιλόγῳ οὐκέτι πολέμου διήγησιν. ἀρμόζειν γὰρ τὸ τοιοῦτον, ὅταν σφόδρα δπὸ τῶν οὐκέτι παταληφθῶσιν οἱ δικασταί.

hunc locum ad Caecilium reuocauit ANGERMANN l. c. p. 55 s.

21 QVINTIL. IV 2, 131: *Demosthenes pro Ctesiphonte* (XVIII 18): τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου.

idem exemplum narrationis ab Anonymo Segueriano afferatur, u. fr. 21a. quare hic et illic Caecilium fontem esse C. A. MORAWSKI l. s. p. 39 et ANGERMANN l. c. p. 36 dicunt.

21a ANON. SEGV. 140 p. 26, 18 Gr.: παράδειγμα τούτου τοῦ διηγήματος παρὰ Δημοσθένει (XVIII 18) ‘τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου’.

6 /ε corr. Finckh, τε P. 9 ἐν ταῖς πίστεσι add. Graeven.
12 ἀν add. Sauppe. προδιαβεβληκότες Graeven, προβεβληκότες P. 17 σφοδρότερα Seguier, σφοδρότερον Finckh.

*22 QVINTIL. V prooem. 1: *fuerunt et clari quidem auctores, quibus solum uideretur oratoris officium docere: namque et affectus duplici ratione excludendos putabant, primum quia uitium esset omnis animi perturbatio, deinde quia iudicem a ueritate depelli misericordia, gratia similibusque non oporteret: et uoluptatem audientium petere, cum uincendi tantum gratia diceretur, non modo agenti superuacuum, sed uix etiam uiro dignum arbitrabantur.*

his uerbis Aristotelem (cf. rhet. I 1 p. 1354^a 16 ss) intellegi ANGERMANN l. c. p. 40 docet, a quo Caecilius auctor eodem loco statuitur.

*23 QVINTIL. V 1, 1: *ac prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita (rhet. I 2 p. 1355^b 35 ss) consensum fere omnium meruit, alias esse probationes, quas extra dicendi rationem acciperet orator, alias, quas ex causa traheret ipse et quodam modo gigneret. ideoque illas ἀτέχνους, id est inartificiales, (has ἐντέχνους, id est artificiales,) uocauerunt. (2) ex illo priore genere sunt praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, ius iurandum, testes, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. sed ut ipsa per se carent arte, ita summis eloquentiae uiribus et adlevanda sunt plerumque et refellenda.*

eandem doctrinam Aristoteleam Anonymus Seguerianus (uide fr. 23 a p. 15, 19 — 16, 5) exhibet. hanc a Caecilio erat tam esse ANGERMANN l. c. p. 40 s et p. 53 contendit.

*23a ANON. SEGV. 145 p. 27, 21 Gr.: τῶν δὲ πίctεων αἱ μὲν ἀτέχνοι εἰcιν αἱ δὲ ἔντεχνοι· ἀτέχνοι μὲν δὲ ἐξ ἑτοίμου ποριζό- μεθα, ἔντεχνοι δὲ δὲ ἐκ τῆς τέχνης λαμβάνομεν. ἀτέχνοι δὲ εἰcιν οἷον μαρτυρίαι, (νόμοι,) ψηφίσματα, συμβόλαια, χρησμοὶ (καὶ) τὰ τοιαῦτα, δος ἔγγραφα. ἀτέχνοι δὲ λέγονται, ἐπειδὴ

19 — p. 16, 5 uide ea, quae ad fr. 23 dixi.

13 has — 14 artificiales *suppl. Regius.* 22 νόμοι add.
Finckh. συμβονλαὶ χρήσιμοι P, em. Seguier. 23 οἱ add.
Graeven.

οὐδὲν ἐκ τῆς ἐπινοίας ἔστι τοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἀ καν ἴδιωτης εὑροι. ἔργον δὲ τοῦ ῥήτορος ἐν ταῖς ἀτέχνοις πίστει τὰ μὲν βοηθοῦντα αὔξησαι καὶ βεβαιώσαι, τὰ δὲ καθ' ἡμῶν ἐπισμικρῦναι καὶ ως οὐκ ἀξιόπιστα διαβαλεῖν. τὸ δὲ δόλον τούτων τῶν πίστεων 28 Gr. ἡ μὲν εὑρεσις ἀτεχνος, | ἡ δὲ χρῆσις ἔντεχνος. (146) τῶν δὲ ἐν-
6 τέχνων πίστεων τὰ πρώτα εἶδη δύο· παράδειγμα καὶ ἐνθύμημα.

etiam uerba extrema (τῶν — ἐνθύμημα) praeceptum Aristoteleum redolent, quod apud Quintilianum quoque legimus; quare ANGERMANN l. c. p. 45 utrumque locum Caecilio tribuit.

locus Quintiliani hic est:

V 11, 2: idem (Cicero) omnem argumentationem dividit in duas partes . . . , ut plerique Graecorum (cf. Aristot. rhet. I 2 p. 1356^b 5 ss) in παραδείγματα et ἐπιχειρήματα,
10 dixeruntque παράδειγμα δητορικὴν ἐπαγγεγήν.

*24 ALEXANDER APVD ANONYMVM Rh. Gr. VII 2 p. 762, 10 W.:
καὶ ἀπλῶς τὸ ἐνθύμημα συλλογισμὸς ῥητορικὸς ὑπάρχει.

Caecilium hic doctrinam Aristoteleam (rhet. I 2 p. 1356^b 3 s)
tradere ANGERMANN l. c. p. 53 dicit.

ad hoc fragmentum inspicias ea quoque, quae Radermacher
in editione Demetrii περὶ ἐρμηνείας libelli p. 74 s protulit.

*25 ALEXANDER APVD MAXIMVM PLANVDEM Rh. Gr. V p. 404, 2 W.:
τόποι δὲ ἐνθυμηματικοὶ εἴκοσιν εἰς· πρώτος δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου
λαμβανόμενος, ἀκολουθεῖ γάρ τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις· καὶ γάρ
15 εἰ <ἢ> σωφροσύνη καλόν, αἰσχρὸν δὲ ἀκολασία· καὶ εἰ αἰσχρὸν δὲ
ἀδικία, καλὸν δὲ δικαιοσύνη. δεύτερος δὲ ἐκ τοῦ ἐνδεχομένου καὶ
ἐπὶ μέρους, οἷον εἰ εὐεργετούμενοι μισοῦμεν, καὶ κακὰ πάσχοντες
ἀγαπήσομεν. τρίτος δὲ ἐκ τοῦ πρός τι, οἷον εἰ γάρ μὴ ὑμῖν τὰ
φαῦλα προστάσσειν παράνομον, οὐδὲ ἐμοὶ τὸ πεισθέντα ἐργά-
20 θαι. τέταρτος δὲ τῶν αἰτίων καὶ τῶν ποιητικῶν καὶ γενέσεων

1 ἀλλ' ἀ παλ P, corr. Seguier. 4 διαλαβεῖν P, em. Seguier. 16 ἡ add. Walz. 20. 21 ἐργάζεσθαι P(arisinus 2918).
21 ἀναιτίων P, corr. Aldus. 21 ποιητικῶν Walz, ποιητῶν P 2918
M(onacensis).

καὶ φθορῶν, οἷον εἰ ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἡ φιλανθρωπία, καὶ τὸ ἐκ ταύτης γενόμενον. πέμπτος ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον· οἷον εἰ γάρ νιὸν ἀπέκτεινεν ἕδιον, πῶς ἀλλοτρίου φείσεται. ἔκτος ἐκ τῆς ἀκολουθήσεως κατὰ τὸ μᾶλλον· οἷον εἰ ἀγαθὸν τὸ ποθεῖν, οἱ τὰ μάλιστα ποθοῦντες ἄριστα δν ἔζων· ἀλλὰ μὴν δρῶμεν αὐ- 5 τοὺς πολλάκις διαπταίντας. ἔβδομος ἐκ τῶν ἡρμένων πρὸς τὸ ὑποκείμενον· οἷον δεῖ τὸν μείζονα ὑπερέχειν κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ μή, γελοῖον δν εἴη, εἰ δι χείρων ἀνακρίνοι τὸν βελτίω. δγδοος ἐκ τοῦ ἀναλόγου· οἷον ὥσπερ τις τοὺς μισθοφόρους ποιεῖται πολίτας δι' ἐπιείκειαν, οὕτω καὶ φυγάδας ποιεῖται τις | ἐν τοῖς 405 W μισθοφόροις τὸ ἀνήκον διαταττόμενος. ἔννατος ἐκ τοῦ παρα- 11 δείγματος· ἀτοπὸν γάρ εἰ κυβερνήτας μέν τις μὴ κλήρῳ προ- βάλλεται, στρατηγοὺς δὲ κλήρῳ προβάλλεται. δέκατος δ ἐξ ἐπ- αγωγῆς· οἷον Ἀλυάττου καὶ Κανδαύλου, ἔτι δὲ Γύγου καὶ Ἀλυάττου πολεμίων ἡμῖν φωραθέντων ἀεί, τίς δν πιστεύειν εὔνουν ἡμῖν 15 καθεστάναι Κροῖσον. ἐνδέκατος δ ἐκ τῆς διαιρέσεως· οἷον εἰ τῶν φαύλων τὴν ἀλογίαν ἡγητέον, πῶς οὐκ ἐπαινετέα τῶν λογικῶν ἡ κατάστασις. δωδέκατος δ ἐκ τῆς κρίσεως· δρῶντες γάρ Φίλιππον καὶ τὰ τοῦ Φιλίππου κατὰ τῶν Ἀθηναίων μηχανήματα δυσμενῆ 20 καὶ κακόνουν πάντως αὐτὸν τῇ πόλει λογισόμεθα. τρικαιδέκατος 20 δ ἐκ τῶν καιρῶν· οἷον εἰ τοῖς μέλλουσιν ἀκαιρος ἡ νίκη καὶ τοῖς ἡδη νενικηκόσι. τεσσαρεκαιδέκατος ἐκ μεταλήψεως· οἷον οὐ τὸ πεισθῆναι δεινὸν ἦν τῷ Ἀντιπάτρῳ, ἀλλ' ὅτι προ- δεχόμεθα δουλείαν. πεντεκαιδέκατος ἐκ τῶν ἐπομένων καὶ ἀπο- βαινόντων· καὶ δ ἐστι διὰ τῶν πρεπόντων· οἷον οὐ δεῖ παιδείαν 25 ἀσκεῖν, ἐπεται γάρ φθόνος. ἐκκαιδέκατος ἐξ δριςμοῦ· οἷον κύριος φρόνιμος τῶν πάνυ ἀγαθῶν, καὶ δ ἀνδρεῖος πάνυ τῶν ἀναγκαίων. ἐπτακαιδέκατος ἐξ ὑποθέσεως· οἷον εἰ Φιλίππῳ πιστεύοντες τῆς τριηραρχίας ἀμελήσετε, οὐδὲν κωλύει καὶ τῶν φιλτάτων ἀθρόως 406 W στερηθῆναι. δκτωκαιδέκατος ἐκ τῶν ἀμαρτανομένων καὶ κατηγο- 30

8 ἀνακρίνοι τὸν corr. Walz, ἀνακρίνει P 2918 Aldus, ἀνα-
κρίνοιτο Venetus. 12. 13 προβάλλεται om. P 2918, προβάλλεται
κλήρῳ Venetus. 21 ἀκνηδος P 2918, 2977 M Aldus, ἀκαιρος Ven.
26 οἶον — 27 ἀναγκαίων Ven., οἶον ὅτι εἰ σωφροσύνη (σωφρόνον
M) πάντων ἀγαθὸν δ καὶ ἀνδρεῖος πάντως ἀναγκαῖον P 2918,
2977 M Aldus. 29 τριηραρχίας P 2977 Ven., πατριαρχίας P
2918 Aldus, τῆς πατρ. M.

